


30. 1. 71

~~Pravo~~
~~6078.~~

Tables

2

1882. III. 50.





COMMENTARIUS
Juridico-Historico-Politicus

de
PRIVILEGIIS,

Auctore

REINOLDO CURICKE, Secretario
Gedanensi.

DANTISCI

Sumptibus Georgii Försteri, S. R. M. Bibliopola,

MDCLII

Cam. Privilegio S. R. M.



BIBLIOTH: UNIV:



JAGELLONICAM

910046

I

D. G
Hær
stren
Sue
Sob

D. A E
Hær
Strel
mera
fienfi

D. I
dicto
famil
Tena

Domin

Perpe
rer

VIRIS

Generosus, Nobilissimis.

D. GERHARDO PRÖEN,
Hæreditario in Nassenhuben, & Mutter-
strenz, Sacræ Regiæ Mtis Poloniae &
Sueciæ Camerae familiari, & Capitaneo
Sobovicensi.

D. ABRAHAMO de GEHEMA,
Hæreditario in Majori & Minori Lesen,
Strelin & Stangenberg, S. R. Mtis Ca-
meræ familiari, & Capitaneo Tigenho-
fensi.

D. ISRAELI KHÖNE,
dicto JASKII, S. R. Mtis Camerae
familiari, Capitaneo Beerwaldensi, &
Tenütario Risenburgensi.

*Dominis Mæcenatibus, Fautoribus &
Amicis honoratissimis*

Perpetem felicitatem, omniumque
rerum ex animo secundum suc-
cessum voveo.



Ralatum ut plurimum est iis, qui labores suos aliis consecrant, ut iisdem, juxta *Pindari* monitum, *frontispicium praestruant praefulgidum*, & vel in laudem materiae, quam tractant, vel eorum, quibus eam inscribunt, plenis velis ferantur. Neutrum mei nunc est instituti, neutrum è re praesenti. *Utilitas* quippè *hujus tituli* (quod olim *Vlpianus* de restitutionibus in integrum dicebat) *non eget commendatione*, ipsa enim se ostendit; & frustra cerussa, frustra sine gma affricatur, ubi res, etiam sine adscitio pigmento, naturali quâdam pulchritudine exsurgit. Ut autem de materia & nomine libri securus sim,

Pindar.
 Oda VI.

l. r. ff. de
 in in-
 regr. re-
 stit.

sim
 lect
 tuar
 lat,
 tant
 etor
 bell
 Cor
 mar
 que
 mal
 ben
 talis
 orq
 for
 cum
 qua
 de v
 cior
 loq
 his
 lect

DEDICATORIA. 3

sim, de tractatione tamen & lectione est, quod mihi metuam, ut spem multorum fallat, & cum non pro captu tantum, sed & pro affectu lectorum habeant sua fata libelli, nec mihi defuturi sint *Cornificii* vel *Lanuvii*, qui si manum obstetricantem (id quod debebant) adhibere mallent, quam inertii livore bene cogitato traducere, vitalis magis potuisset acceptiorque foetus produci & formari. Sed quid mirum, cum tam insulse multi, idque quam maximè infruniti, & de vervecum patriâ homunciones, de privilegiis passim loquantur, si iidem etiam de his commentariis meis, sive lectis, sive ne visis quidem,

vel non intellectis, sinistrè judicent? Certè fatuus sim, si ut ea omnibus probentur, sperem, ex quibus tamen, si qui monitores fuerint, à me gratiam referent, qui reprehensores, contemptum. Quibus vero occupationes meæ notæ sunt, facilè, sicubi languere aut deficere visus fuero, condonabunt. *Nonus enim annus, ut cum Cassiodoro loquar, ad scribendum relaxatur autoribus, mihi nec horarum momenta præstantur: alter nos frequentia invidiosa interpellationis exaggerat: alter miseriarum mole castigat: alii furiosâ contentionum seditione circumdant. Inter hæc cur requiritur dictationis eloquium, ubi vix copiam possumus habere*
ser-

Cassio.
dor. in
præfa-
tione.

ser-
cerd
ita j
poss
nem
aspe
ver
ann
vile
me
tati
vir
ma
seq
cas
ac p
re p
ta l
mo
me
tia
sibi

DEDICATORIA. 7

Sermonum? Interea cum *Ci-*
cero illos pudere jubeat, *si qui*
ita se literis abdiderint, ut nihil
possint ex his, neque ad commu-
nem adferre fructum, neque in
aspectum lucemque proferre; hæ
 vero meæ, jam ante aliquot
 annos, furtivis horis, de Pri-
 vilegiis, adstrictiori stylo &
 methodo, digestæ commen-
 tatiunculæ usui publico ser-
 vire posse viderentur, obfir-
 mavi animum, & verecundiâ
 sequestratâ, carceribus ruptis
 eas emissas publici Juris fieri,
 ac per ora hominum volita-
 re passus sum, mercedem jux-
 ta laboris non in aliorum ser-
 mone aut famâ, sed animo
 meo, nullius vel odii, vel gra-
 tiæ, vel vanæ gloriæ aucupii
 sibi conscio, reponens. Quo-

Cicer.
 in orat.
 pro Ar-
 chiâ Po-
 ëta.

Salvi-
an. in
præfat.

circa, si quis rem non probare queat vel nolit, conatum ne damnet velim, *mensque boni studii & voti, etiamsi effectum non invenerit cæpti operis, præmium tamen voluntatis habeat,*

Quod verò vestris auspiciis & nominibus, VIRI GENEROSI, hoc quicquid est operis prodeat, id vestra meretur virtus, humanitas & beneficentia, quo nomine, sicut multum me vobis debere semper agnovi, ita vel publicè hisce testari volui, ne, *dum remotis arbitris solus solis gratias tantum dico, & intra privatam nostri conscientiam beneficia vestra latent, ingratus, ex Senecæ sententiâ, videar.*

Senec.
lib. 1. de
debe-
nes. c. 23
& lib. 3.
g. 10.

Acci-

DEDICATORIA. 9

Accipite ergo hoc studii
mei erga vos Symbolum, id-
que non ex pretio suo, sed ve-
stro singulari, uti soletis, erga
me affectu æstimate. Dabam
Gedani die 14. Octobris,
Anno 1651.

*Vestrarum Generosarum
Dominationum*

Studiosissimus

REINOLDUS
CURICKE.

ELENCHUS
CAPITULUM.

CAPUT I.

De Privilegii Voce & Synonymis.

CAPUT II.

De Privilegii Definitione.

CAPUT III.

De Divisione Privilegiorum.

CAPUT IV.

De Causa efficiente Privilegiorum.

CAPUT V.

De Materia Privilegiorum.

CAPUT VI.

De Forma & Requisitis Privilegiorum.

CAPUT VII.

De Fine Privilegiorum.

CAPUT VIII.

De Effectu Privilegiorum.

CAPUT IX.

De Privilegiorum Confirmatione.

CAPUT X.

De Privilegiorum Duratione, Observatione & Conservatione.

CA-

ELENCHUS CAPITUM. II

CAPUT XI.

De Actionibus propter Privilegia, eorumque Probationibus.

CAPUT XII.

De Privilegorum Iudice, Interprete, & Interpretatione.

CAPUT XIII,

De Amissione Titulorum totali voluntariâ, tacitâ, & ex culpâ.

CAPUT XIV.

De Amissione Privilegorum totali voluntariâ, expressâ, seu de renuntiatione & cessione Privilegorum.

CAPUT XV.

De Amissione Privilegorum minus voluntariâ.

CAPUT XVI.

De Amissione Privilegorum temporaneâ sive suspensivâ.

Hereticus Caput XI
De...
Caput XII
De...
Caput XIII
De...
Caput XIV
De...
Caput XV
De...
Caput XVI
De...
Caput XVII
De...
Caput XVIII
De...
Caput XIX
De...
Caput XX
De...
Caput XXI
De...
Caput XXII
De...
Caput XXIII
De...
Caput XXIV
De...
Caput XXV
De...
Caput XXVI
De...
Caput XXVII
De...
Caput XXVIII
De...
Caput XXIX
De...
Caput XXX
De...

P



rib
eff
m
pr
qu
co
tin
po
tif
rit
pr
ian
ru
leg
iph
re
to



CAPUT I.

DE

Privilegii Voce & Synonymis.

QUÆRITUR RIGINES causasque rerum in ipsis sæpè vocibus conditas à Majoribus, & accuratè satis expressas esse, vel hæc de Privilegiis Nomenclatura aperiet. Cùm enim *priva* seu *privata* singulorum quorundam virtus aut necessitas communi jure legibusque contineri rectè atque ordine non posset, hinc publicæ salutis Antistites eâ, quâ pollebant, auctoritate, eorundem singulorum privatam rationem legibus etiam habere, ac tueri sic voluerunt, tanquam communi Juri legibusque publicis derogando, ipsam nihilominùs communem rem legesque publicas, in privatorem singulari jure, privisque

Etymon
Privilegii
gii.

legibus asserturi. Et hæc quidem Privilegiorum origo pariter ac summa ratio est in ipsâ illorum voce suâ, non secûs ac primis cunabulis sita. Itaque *Cicero lib. 3. de LL.* Privilegium ex veteri Romano jure sic interpretatur: *Majores, inquit, nostri in privatos homines leges ferri noluerunt, id enim est Privilegium.* Et in *Oratione pro domo suâ: Vetant, inquit, leges sacrata. Vetant XII. tabulae Leges privatis hominibus irrogari, id est enim Privilegium.* Atquæ hanc *Ciceronis Etymologiam* secutus est *Isidorus lib. 4. Etymol. cap. 18.* qui privilegium ex eo dictum scribit, quod in privato feratur, & sit quasi privata lex. Non equidem eo sensu, quo solet. *Accursius* vel *Iason* divinare, quæ per seculi sui tempora nesciebant, quasi à privando dicta essent privilegia, legesquæ communes vi atque auctoritate suâ privarent, veluti eos in-

ter

ter multos, præcipui etiam, hac in parte secuti sunt, *Colerus de processibus execut. cap. 4. part. 1. n. 3. Menoch. de recup. poss. remed. 1. n. 24. Enenkel. de privil. jur. civil. lib. 1. cap. 1. n. 7. & 10.* Minimè enim hic est finis Privilegiorum, ut legem, à quâ excipiuntur, suâ authoritate & effectibus exuant aut privent, sed potiùs, ut eam interpretentur & suppleant, iis quidem in casibus, ad quos accommodari jus commune non potest. Veluti, Juris communis regula est, servari ea, quæ inter Contractantes placuerunt. *l. 1. ff. de pact.* At verò cùm aut prohibentur servari, aut rescinduntur, quæ pupillus sine Tutoris authoritate pactus est, quæ fœmina pro alio fidejussit, nùm ex eo evertitur Juris illius regula, nùm vi ac potestate suâ privatur? An non potiùs ex alia evidente causâ, quæ salutem publicam non mi-

minùs concernit, propter summam scilicet inæqualitatem, quæ Pupillis ac mulieribus cum adultiori & meliori sexu intercedit, propterquæ illud lubricum pariter & infirmum ingenii, communis illius authoritas juris prudenter & circumspectè limitatur, effecta illius dispensantur, & æquitati rectèquæ rationi obediunt? Ex eo igitur Privilegium & constitui primò, & sic appellari cœpit, ubi hæc illæ vè personæ à communis legis jussu exceptæ, proprioquæ & singulari cuidam suo juri vindicatæ sunt, adeò quidem, ut non tam contradicere rationi Juris communis privilegia, quàm applicare eam debito modo, restringere & limitare doceant, idquæ eo ipso, dum quæ ratio & lex omnes obligare videbatur, quosdam, veluti consultò præterit atque excepit, atque ita regulam juris communis in casibus non exceptis

ptis firmavit. Prorsus velut *privigni* liberi sunt *privigenii*, à *privâ*, hoc est, alterâ & singulari alterutrius, non ab utrâq; & communi parte geniti, quibus ideò opponi solent liberi communes: Ita & privilegia à *privo*, hoc est, uno & singulari, denominantur, & à communi cum aliis jure distinguuntur, quod ipsum *Gellius* etiam *lib. 10. noct. Attic. c. 20.* confirmat, dum scribit: *Privilegia sunt jussa non generalia, neque de universis civibus, sed de singulis concepta, inde dicta, quia veteres priva dixerunt, qua nos singula dicimus.*

Varias autem appellationes Synonymicas in Jure Privilegiorum sortitur, ac quandoquè dicitur *Affatus l. 23. §. 1. C. de nupt.* quandoquè benevolentia, *l. 52. de acquir. vel omit. hered. Constitutio, §. sed & quod Principi. Instit. de jure nat. gent. & civil. l. 1. de constitut. Princip. Indulgentia l. 1.*

Synonyma
& differentiz.

l. 1. de testam. milit. Immunitas, gratia, auxilium, favor, & si quæ sunt alia, quæ omnia hîc copiosè inspergere operosum magis, quàm fructuosum foret. Communiter dicitur *Ius privatum & singulare, l. 16. de legibus*, quia nimirum utrumquè ad privatos pertinet, quanquam inter Jus privatum ac singulare hanc ponat *Oldendorp. in tract. de Jure sing.* differentiam, quòd *Ius privatum* ad singulorùm utilitatem pertineat generaliter, *Ius* verò *singulare* ad singulos in specie referatur, videlicet ad unum corpus vel genus hominum, aut etiam ad unum duntaxat hominem, vel ad unam causam. Unde sequitur Jus privatum habere se ut genus: Privilegium vero ut speciem. Neque omninò infrequens est tàm in jure, quàm apud autores probatos Privilegium dici *diploma & rescriptum Principis*, quanquam rescripta hæc

hæc generaliore[m] habeant si-
gnificationem, quoniam Princi-
pes non tantum Jus singulare,
sed & commune, ac ab omnibus
servandum, rescriptis suis pro-
mulgare solent. Est autem re-
scriptum duplicis generis, vel
Gratia, vel *Iustitia*. Rescriptum
gratia est, per quod aliquid gra-
tiosè conceditur. *c. gratia de re-
script. in 6.* & hoc respectu à pri-
vilegio parum vel nihil distat.
Iustitia est, per quod Princeps
administrationem justitiæ con-
cedit, vel injungit, *c. 14. & 20.
extr. de rescript.* & eatenus à pri-
vilegio longè differt, ad manda-
ti naturam verò propriè accedit.
In l. 4. §. 5. ff. de Offic. Pro-Conf.
Privilegium appellatur *consuetu-
do & prerogativa*, impropriè ni-
mirum & abusivè. Consuetudo
enim jus est, non scriptum; Pri-
vilegium verò ut plurimum Jus
scriptum; Consuetudo quoquè
causa efficiens est quandoquè
Pri-

Privilegii, hoc autem ejusdem effectus, quemadmodum vice-versâ Privilegium mater & causa est prærogativæ, prærogativa ejusdem soboles & effectus. Eadem quoq; ferè *privilegii & præscriptionis est differentia*, quæ utut inter se differant, Vi tamen & effectu interdum conveniunt, cùm præscriptio non minùs, quàm Privilegium præter constitutionem juris communis aliquid operari queat. Covarruvias *l. 1. tom. 2. var. resol. c. 17. n. 6. vers. quarto*. Tali exemplo differentiam privilegii & præscriptionis ostendit, quod Laici Privilegio Romani Pontificis possint consequi & obtinere jus percipiendi decimas, non sic præscriptione, ne quidem immemoriali, quia nimirum, ubi ista incapacitas adest, immemorialis præscriptio privilegio non æquivalet. Tandem privilegia quoquè majora, quibus Civitates

tes à Principibus ornantur, in effectu cum Regalibus inferioribus concurrunt, ut sunt Telonia, jus monetandi, fodinarum, *Regalia* tamen propriè dici nequeunt, sed tantùm Privilegia, eò quòd saltem exercitium majoris usus, instar Regalium, ipsis concessum est. Accedit quòd *Regalia* dicuntur esse jura ei, qui superiorem non recognoscit competentia, uti eadem definit Sixtin. de regal. c. I. n. II. vel, qua territorio universali coherent, qualia municipia non habent, cùm illud à Principibus illis indulgeri nequeat, argumento l. I. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd. Proinde si speciem aliquam Regalium Civitates municipales sibi aliquo legitimo titulo acquisiverunt, illa non ut Regale, sed ut Privilegium, non jure Magistratus, sed titulo adventitio singulari, putà exempto donato, pacto, præscriptione &c. exercent.

Privilegia an sint regalia?

Re-

Restat, ut in quo *concessio*, *privilegium* & *beneficium*, *præmium* item convenient & discrepent videatur. Promiscuè hæc omnia hodie tam apud JCtos, quam probatiores authores confunduntur, cum tamen non exigua inter eadem sit differentia. *Tapia in rubr. Dig. de constit. Princip. c. 4. n. 120.* Hanc ponit differentiam inter concessionem, privilegium & beneficium, quod *concessio* contra Jus commune, *Privilegium* in alterius præjudicium, *beneficium* nec in Juris communis detrimentum, nec in alterius damnum concedatur. Utrum rem acu tetigerit, aliis dijudicandum relinquo, mihi magis placet, ut *Concessio* genus *Privilegii* & *beneficii*, hæc autem ejusdem quasi species constituentur. Addunt alii, *beneficium* actionem ipsam ejusvè effectum; *Privilegium* verò Jus vel qualitatem designare; *Beneficium*

ficiu
giu
den
si qu
gent
que
etia
etfi
tan
um
Jus
infr
bur
ta
tue
c. 4
fici
qu
ritis
bus
dat
ver
pia
vili
vo

ficium semper gratiam; *Privilegium* quandoquè etiam pœnam denotare. s. *sed & quod vers. vel siquam pœnam. Instit. de jure nat. gent. & civili. Beneficium* denique magis *præter*; *Privilegium* etiam *contra Jus* venire. Quod etsi suo modo admitti possit, notandum tamen, quòd *Privilegium* non nisi improprie *contra Jus* venire dicatur, per ea, quæ infra suo loco pluribus allegabuntur, *suprà* etiam jam deducta sunt. Sed quid de *præmio* statuendum? Bodinus *de Rep. l. 5. c. 4.* differentiam præmii, *beneficii & privilegii* hanc tradit, quod *beneficium* quoque *immeritis*, *præmium* non nisi *merentibus* datur, *illud* virtutem antecedit, *hoc* sequatur: *Privilegium* verò in utramquè partem, accipiat. Et hætenus de *Juris Civilis* appellationibus.

In *Jure Pontificio* privilegia Dispensationes
vocantur *dispensationes*, quæ
com-

24 *Caput II. De Privilegiis*

communiter relaxationes Juris communis definiuntur, impro-
bante tamen hanc definitionem *Oldendorpio in libr. de jur. sing.*
Differunt verò in hoc præcipuè
dispensationes & privilegia,
quod illæ sint fori Ecclesiastici:
hæc sæcularis, quæ fusiùs ex aliis
peti possunt. Germanis dicitur:
*Begnädigung / Genadebreiff / Handfeste /
Befreyung / Frey-und Berechtigtheit /
Privilegien &c.*

C A P U T II.

D E

Privilegii Definitione.

Distin-
ctio am-
bigui.

Privilegii vox ambigua est,
sumiturquè aliquando pro
omni prærogativâ, quâ altera
res alteri præfertur, aliquando
pro Instrumento, privilegium in
se continente. *l. 16. C. de S. S.*
Eccles. aliquando pro prælatio-
ne & prærogativâ quâdam, quæ
inter actiones personales verti-
tur,

Bibl.

inte
tur
tur
vulg
est
Flo
cum
iten
ff. d
qua
(qu
can
hab
l. 9
l. 2
sid.)
Alio
sign
cess
aliqu
tant
earu
doq
Priv
tum
dinu

inter actiones personales vertitur, ac eo sensu vox hæc sumitur *in tit. de privil. credit.* (qui in vulgatis editionibus distinctus est ab aliis, in Pandectis verò Florentinis continenter hæret, cum *tit. de bon. aut Judic. possid.*) item in *l. 74. ff. de jur. dot. l. 52. ff. de pecul. & aliis similibus;* aliquando pro ipsis *Privilegiariis* (qui malè *privilegiati* passim vocantur) seu personis privilegia habentibus. *l. 7. §. 1. ff. depositi. l. 9. §. 1. de privil. credit.* (seu *l. 24. §. 1. ff. de reb. aut judic. possid.*) *l. 17. §. pen. ff. de excus. tutor.* Aliquando, & quidem in propriâ significatione, pro quâvis concessione legitimâ jus commune aliquatenus supplente, & non tantùm beneficia, sed & pœnas, earumquè exasperationes quandoquè includente. Et quidem Privilegium taliter consideratum, nunc definiendum est. *Bodinus l. 1. de rep. c. 10. Privilegium*

gium appellat, *legem in unum aut paucos cives latam, sive ad eorum commoda, sive ad detrimenta spectet.* Definitio, meo iudicio nequiquam Privilegio congrua, tùm quòd lex genus adæquatum Privilegii non sit; tùm quòd non tantùm uni, vel paucis civibus, sed & interdum toti Universitati Privilegium concedatur; tùm deniquè quod Privilegium plerumquè in se gratiam aliquam & commodum, non autem detrimentum eorum, quibus conceditur, in se contineat. Peckius ad *reg. 7. Iur. Canon.* definit Privilegium, quod sit *specialis quædam indulgentia Iuris aliquid agendi contra id, quod regulariter alioquin jure communi permissum non est, ob aliquam æquitatis rationem.* Quæ definitio etsi priori sit melior & plenior, non tamen omnimodè perfecta censeripotest, tùm quòd Privilegium non tantùm singularis sit

fit i
cipi
non
liqu
di v
de I
& j
defi
bit
cont
tion
nati
cons
duct
quic
quo
jura
den
legi
opo
nit
one
um
finit
fenc
sing

sit indulgentia juris, sed & Principis ac Magistratus; tùm quòd non tantùm circa facultatem aliquam agendi, sed & omittendi versetur. Oldendorpius *lib. de Jur. sing.* accuratiorem habet, & juri civili convenientiorem definitionem, quando ita scribit: *Privilegium est Ius, quod contra communem civilium ordinationum tenorem, propter aliquam naturalis aequitatis rationem, certâ constituentium autoritate introductum est.* In quâ definitione quid desideretur, non video, nisi quod Privilegia non tam contra jura communia, quàm præter ea dentur, & non tam certâ, quàm legitimâ autoritate introduci oporteat. Unde ne nimîâ definitionum ulteriorum allegatione & mihi & Lectori negotiorum tædiosum faceßam, talis definitio Privilegii formari & defendi potest: *Privilegium est Ius*

Definitio Privilegii.

B 2 um

um ordinationum tenorem, propter aliquam naturalis aequitatis & honestatis rationem legitimam constituentium auctoritate introductum. Dico, Privilegium *Ius* esse singulare, quia propriè exceptio est regulæ communis. per l. 7. C. de *Vectigal.* quamvis subindè accidat, ut idem contineat, quod Jus commune, uti patet ex c. 7. *extr. de Procurat.* Ubi Universitati Scholarium constituendi ProCuratorem potestas conceditur, quamvis id ipsis faciendi de jure communi libertas suppetebat. Quoties autem hoc fit, non tam Privilegium est, quàm esse putatur, ac inde ut plurimum emanat, quòd sæpè tam qui concedit, quàm cui conceditur, juris sint ignari, & pro singulari aliquo jure habeant, quod legibus communibus jamdudum est sancitum. Nisi fortè quis hoc idè fieri dixerit, ut magis timeantur, quæ magis specialiter

ter
tan
pre
ut p
pliu
obt
mo
ext
mu
nor
pra
con
me
&
con
vel
sub
gis
nis
pri
ve
liq
ne
tat
da
ad

ter conceduntur. Ubi-
tamen talia concurrunt, inter-
pretatio semper ita fieri debet,
ut per Privilegium aliquid am-
plius, quàm per Jus commune
obtainetur, dummodò id com-
modè fieri queat, per *C. in his
extr. de privil.* Dico, prater com-
munem civilium ordinationum te-
norem; non tantùm, quia per su-
pradiçta, nisi aliquid speciale
contineat, privilegii nomen non
meretur. *c. 25. extr. de V. S.* sed
&, ut inde constet, Privilegia
contra Jus divinum & naturæ,
vel utilitatem publicam non
subsistere, & si dentur, non ma-
gis esse privilegia, quàm tyran-
nis lex est, quorsum etiam pro-
priè tendit. *l. ult. C. si contra jus
vel utilit. publ.* Dico: propter a-
liquam naturalis equitatis & ho-
nestatis rationem; quia ad æqui-
tatis rationem omnia corrigenda
sunt, *l. 13. §. 7. C. de jud.* &
ad normam honestatis omnia

revocanda, ut non tam spectetur, quod liceat, quàm quod honestum est, *l. 144. ff. de R. I. Dico* deniquè, *legitima constituentium auctoritate introductum*; quia non sufficit dari privilegium, nisi & dantis legitima sit auctoritas, & ferendi leges potestas, cùm qui leges ferendi facultatem non habet, nec privilegia concedere valeat, quâ de re infra suo loco pluribus tractabitur.

C A P U T III.

D E

Divisione Privilegiorum.

Privilegia alia realia, alia personalia.

IN Jure Civili Privilegia quædam generali divisione dividuntur in *privilegia causa & persona*, sive quod eodem recidit; in *privilegia realia & personalia*. Illa sunt, quæ ad hæredem transmittuntur; hæc, quæ ad hæredem

dem non transeunt, uti patet ex
l. 196. de R. I. Plenius alii, ar-
 gumento hujus legis, ita privi-
 legium utrumque definiunt.
Personale est, quod Personæ, cui
 datum est, cohæret, & unâ cum
 ipsâ extinguitur. *Reale* est, rei
 vel causæ alicui datum, quod
 non cum personâ, sed cum re &
 causâ extinguitur. *l. 3. §. 1. ff.*
de Censibus. Plenissimè privile-
 gia definiuntur: *Personalia* qui-
 dem quòd sint, quæ proximam ^{Person-}
 causam à personâ habent, quan- ^{nalia.}
 do persona proxima beneficii
 causa est, & quæ principaliter
 personæ gratiâ conceduntur,
 scilicet quando vel nominatim
 personæ exprimuntur suis no-
 minibus, ut persona Titii & Ca-
 jii, vel communiter & cum qua-
 litatis designatione, ut cum con-
 ceditur Privilegium minoribus,
 Professoribus, studiosis & aliis,
 nominibus eorum non expres-
 sis. *Causa* vero seu *realia*, quæ cer- ^{Realia.}
 tæ

tæ alicui causæ, vel generi acti-
 onis, ut causæ matrimoniali, fi-
 sco, dotibus vel etiam certæ rei
 & loco, ut Provinciæ, Collegio,
 Ecclesiæ &c. tribuuntur, per *l.*
in omnibus causis ff. de R. I. Ex-
 emplis rem ostendere & lucidi-
 orem reddere placeat, qualia
 multa passim in Jure civili oc-
 currunt. Unum vel alterum
 protulisse sufficiat, & quidem
 exemplum personalis privilegii
 primò, quale sanè est illud, quod
 competit marito, ne ab uxore,
 ratione dotis, soluto matrimo-
 nio, in plùs, quàm facere possit,
 conveniatur, deducto ne egent,
 nec alimentis careat. Hoc pri-
 vilegium soli marito, non hære-
 dibus ejus datur, exceptis solis
 mariti filiis, *l. maritum 12. cum*
seqq. & l. etiam ff. solut. ma-
trim. Similiter mulier in re-
 petitione dotis omnibus Credi-
 toribus præfertur, hæredibus ta-
 men mulieris beneficium hoc
 non

non competit, *l. un. C. de privil. dot. l. ult. §. ad hæc. C. qui potior. in pign. hab.* Inter realia privilegia refertur actio funeraria, vigore cuius is, qui in funus defuncti aliquid impendit, omnibus Creditoribus præfertur. *l. pen. de relig. & sumpt. funer.* quod etiam ad hæredes devolvitur. Referuntur huc etiam privilegia Civitati, Academia, Collegio & familia tributa, quæ transeunt ad omnes, qui in Civitatem, Academiam, collegium & familiam succedunt, *l. 4. §. 3. ff. de Censib.* Quemadmodum enim in grege per testamentum legato, licet grex adeò immutatus sit, ut ne ovis quidem, quæ scripti legati tempore fuit, hodie superfit, idem tamen grex dicitur, & legatum subsistit; ita mutatis quamvis personis Civitatis, Academia, &c. eadem Civitas, Academia vel Collegium esse intelligatur, quia quòd in locum

alterius sufficitur, idem existimari haud dubium est, teste Pomponio in *l. 22. ff. de legat. 1.*

Oldendorpius & eundem secuti alii, addunt huic divisioni aliud adhuc membrum, & *quadam privilegia mixtam quodammodo causam habere censent*, ut personarum quidem conditio causa videatur esse eorum, sed non sola, & eò inferunt minorum & mulierum privilegia, quæ personis donata sunt, non tamen cum personâ statim finiuntur, qualia sunt restitutio in integrum, beneficia SC^{ti}. Macedoniani & SC^{ti}. Vellejani &c. Sed non opus est hac ratione entia multiplicari. Primò namquè cum *Maurit. de restit. in integr. c. 13. n. 5.* beneficium restitutionis in integrum reale esse defendi potest, idquè per *l. 7. ff. de Except. in fin.*: Ubi inter exceptiones reales affertur exemplum de minore circumvento, qui restitutus

Privilegiorum
en quædam
sunt mixta?

tutus fuit. Secundò, Dynus quòquè *ad reg. privilegium de R. I. in 6. n. 4.* Litem hanc non incommodè hoc modo tollit, dùm pro reali privilegio quidem beneficium restitutionis non agnoscit, distinguendo tamen regulam illam, quâ dicitur, personalia privilegia cum personâ extingui, ita interpretatur, quòd aut persona est proxima, & immediata causa beneficii personalis, & tunc personæ beneficium cum personâ extingatur; aut quid aliud, videlicet læsio, & tum contrarium obtineat. Cùm ergò non persona minoris, quâ minoris (quippe cui non conceditur restitutio, licet se minorem esse probet, nisi etiam læsum se esse ostendat) sed læsio proxima causa sit restitutionis. *l. 9. §. 4. ff. de Iurej.* utiquè hinc concludi, beneficia restitutionis in integrum, SC^{ti}. Macedoniani, SC^{ti}. Vellejani & similia, ut-

potè immediatè, non tam à personis minorum, filiorum familias & mulierum, quàm læsione, legibus odiosa, orta, non personalibus, sed realibus propriè accenseri, aut ad minimum eò commodè in hoc puncto referri posse, non verò tertiam speciem constitui necesse esse. Hæc Dyni solutio etsi sufficiat, distingui tamen etiam commodè potest inter privilegia personalia, quæ personis particularibus nominatim, & quæ aliquibus personarum generibus, videlicet Scholaribus, militibus, minoribus, mulieribus & similibus conceduntur, quorum illa neutiquam, hæc autem ad hæredes transeunt. Nec est, ut cum *Barth. Cartagena* in expositione titulorum *Iuris Canonici tit. 33. lib. 5.* præter Privilegium personale & reale, etiam *Corporale* statuamus, quod videlicet multis personis constituentibus, *unum corpus.* & *unam communitatem,*

Corporale
Privilegium an
diversa
species?

tate
ven
per
bus
run
tur
nit
tati
là h
her
tur
an p
cer
cer
de
cen
mu
seq
R.
sun
pri
19
pri
&
ha

tatem, ut Collegium, vel conventus, conceditur, quia illud, per supradicta, commode realibus accenseri potest, ac sub eorundem definitione continentur.

An autem Privilegium immunitatis à tributis vel publicis pensionibus alicui concessum, nullâ hæredum mentione factâ, ad hæredes nihilominus extendatur, adeoque suâ naturâ reale sit, an personale quæritur? In dubio certe privilegium immunitatis censetur personale, per l. 5. §. 4. de jur. immunit. & l. 4. §. 3. de censibus, quia in obscuris communiter, quod minimùm est, sequimur, l. semper in obscuris de R. I. taliaque privilegia stricti sunt Juris, nec personam ipsam privilegiatam egrediuntur. l. 196. ff. de R. I. & c. 7. extr. de privil. Gailius l. 2. obs. 2. n. 13. & seqq. distinguendum esse in hac quæstione monet, utrum

Privilegium immunitatis à tributis quale?

videlicet privilegium immunitatis sit ex gratiâ concessum, an verò ex contractu. Primo casu personale esse, & ad hæredes non porrigi, per *l. 1. §. 1. & 2. l. 5. §. 4. de jur. immunit. l. 4. §. 3. de Censib. l. 8. §. 2. ff. de vacat. & excus. mun. l. 196. & l. in omnibus causis de R. I.* Secundo casu esse reale, & ad hæredes transire statuit, etiamsi eorum in privilegio immunitatis mentio facta non sit, cum ex natura contractus & præsumtâ affecti-
one contrahentis & acquirentis quilibet naturali ratione suo Successori prodesse cogitet. *l. 9. ff. de probat.*

Privilegium l. C. de rescind. vendit. introducto 2. de rescind. vend. quale? Sed quid de Privilegio per *l. 2. sentiendum, & utrum pro personali, an reali habendum sit, perinde quæstionis est? Reale illud esse, non personale, salvo aliorum iudicio, dixerim, exinde, quia non uni alicui personæ & Individuo, sed*

fed
ven
non
nis,
L
nali
xim
per
& c
sit,
prox
dem
103
prim
ob
con
jus
cum
priv
ut a
con
re p
cum
ma
qua
fav

sed omnibus per emptionem & venditionem læsis, & quidem non intuitu personæ, sed læsionis, adeoque rei, indulta est.

Dixi suprâ, privilegia personalia esse, quando persona proxima beneficii causa est, ubi operæ pretium erit, signa quoque & conjecturas, unde cognosci possit, quod persona ipsa fuerit causa proxima, cognoscere, quas quidem Menochius lib. 3. præsumpt.

103. plures recenset, quarum prima est, quando ratio & causa, ob quam facta est concessio, convenit solum illi personæ; cuius exemplum est, in *l. maritum cum l. seq. ff. solut. matrim.* Ubi privilegium concessum marito, ut ad dotis restitutionem solum condemnetur, in quantum facere potest, personale præsumitur, cum concessum sit ob honorem maritalem ne indigeat. *Secunda*, quando privilegium specialem favorem ipsius personæ, cui concess-

Signa, quod persona ipsa causa sit proxima privilegii.

I.

2.

cessum est, comprehendit. Sic Fiscus ob specialem favorem gabellas non solvit. *l. licitatio. §. Imp. ff. de publ. & vectig.* Conductores gabellæ verò solvunt, & ad hoc beneficium hoc non transit, *Tertia*, quando privilegium quempiam nomine suo proprio denotat. v. g. Si Cajo vel Sejo beneficium conferre dicat, præter solum Cajum vel Sejum nemo eo gaudebit. *Quarta*, cum privilegium concessum est pro se tantum. *Quinta*, quando qualitas negotii commissi ipsam & quidem certam personam tangit.

Signa
realium
Privile-
giorum

Similia signa occurrunt circa privilegia realia, ex quibus in dubio casu, quando videlicet non liquidò constat, personæ an causæ facta sit concessio, conditio privilegiorum cognosci queat. *Prima* conjectura sumitur à qualitate ipsius concessionis, ita quidem, ut si Privilegium

um

um si
prælu
ore, t
da, à
exeq
ctum
sio si
tum
& na
si co
ra no
des,
secu
serv
verb
ctur
perp
tem
extr
sign
mar
æsti
pur
cess
am
cui

um sit Principis, concessio realis præsumatur, si autem ab inferiore, tantùm personalis. *Secunda*, à qualitate actus faciendi & exequendi, ut si concedatur factum indeterminatum, concessio sit personalis, sin determinatum, realis. *Tertia* à qualitate & natura ipsius rei concessæ, ut si conceditur res, quæ sui natura non est transitoria ad hæredes, concessio est personalis, sin secùs, realis. *Quarta*, ab observantiâ. *Quinta*, à qualitate verborum Privilegii, ut si dictum est, concedimus Cajo in perpetuum, quæ vox in realitatem denotat. *Sexta*, ab aliquo extrinseco accidenti ex verbis significato, utpotè si dictum vel mandatum fuisset, ut ex libro æstimi privilegiarii nomen expungatur, tunc præsumitur concessionem debere esse perpetuam. *Septima*, à qualitate personæ, cui privilegium datum est, v. g.

2.
3.
4.
5.
6.
7.
si

Sic
rem
io. §.
Con-
unt,
non
vile-
suo
Cajo
erre
vel
uar.
tum
nan-
si i-
rfo-
circa
s in
licet
onæ
con-
osci
mi-
ffio-
egi-
um

- fi datum fit feni, tunc enim præsumitur reale, & inutile planè foret, fi cum personâ extingui deberet. *Octava*, à recíprocâ promiffione, ut fi universitas concedit alicui immunitatem, qui fe viceverfâ ad tuendum eandem obligavit, ubi quemadmodum ex parte Universitatis, quæ nunquam moritur, promiffio est realis, ita etiam ex parte ejus, cui concessa fuit immunitas, dicitur realis. *Nona*, quando concessio facta est etiam pro successoribus. *Decima*, quando facta est officio & dignitati. *Vndecima*, quando Princeps sepiùs eandem concessionem confirmavit. *Duodecima*, quando in privilegio continentur verba, pro se & quibus dederit, tùm realis omninò concessio præsumitur, quâ de re fufiùs videatur *Menochius d. loco*.

Dixi etiam suprâ, personale privilegium cum personâ extingui,

gui,
vili
dent
pera
cund
Prin
test
etian
ret,
hoc
dem
earu
cum
Inco
Sen
12.
stat
setu
mo
em
um
quã
no
vel
tar
ab

gui, cui multa, quæ in jure civili occurrunt, repugnare videntur, quibus conciliandis operam collocare fortè non injucundum, nec sine fructu erit. *Primum dubium* inde moveri potest, quod dignitas maritorum etiam post mortem illorum duret, ac viduæ eorum privilegio hoc personali maritorum, iisdem quamvis extinctis, durante earum viduitate, gaudeant, *l. cum te. C. de Nupt. l. fn. C. de Incol. lib. 10. l. fœmina. ff. de Senat. l. mulieres. C. de dignit. lib. 12.* Resp. Vidua, quamdiu in statu viduitatis permanet, censetur adhuc existere in matrimonio viri, rebus humanis exempti, nec tam transit privilegium personale mariti in viduam, quàm in ea continuatur, cum non minus autoritate legali vel Principis, privilegium illud, tanquam conjugibus commune, ab initio statim tributum, & in vidua

Objectiones
& responsiones.

I.

2. vidua continuari debere expref-
 ſè sancitum fit. *Altera dubitatio*
 inde fumitur, quod privilegia
 personalia quandoque ad do-
 mesticos & familiares, quemad-
 modum, exempli gratia, privi-
 legia ſtudioſorum ad eorum fa-
 mulos, extendantur. Verùm hic
 regula hæc limitationem patia-
 tur oportet, cùm privilegium
 personale ad alios non extendat-
 tur, niſi perſonæ privilegiarii
 neceſſariæ ſint, ita ut per exclu-
 ſionem eorum privilegii uſus
 impediatur, ac privilegia inutilia
 reddantur, per *l. ſin. C. de dor.
 promiſ.* quod ſanè fieret, niſi pri-
 vilegia ad domesticos, conju-
 ges, famulos &c. extenderen-
 tur. *Tertium dubium* ſuppeditat
l. i. C. de diverſ. reſcript. Ubi re-
 ſcriptum ab uno ſociorum im-
 petratum, effectum ſuum etiam
 ad alterum porrigit. Ad quod
 ſimilis, vel ex ipſo textu legis
 eſt reſponſio, quippe quæ de
 cauſâ

cauſâ
 ſocii
 habe
 differ
 privi
cap. 1.
 hic d
 privi
 cum
 tio.
c. 10.
Deco
cium
 conf
 lenu
 tuit
 divi
 tur,
 eſe.
 vis
 nùs
 tatio
 men
 inte
 am
 ten

causâ communi, in quâ omnes
 focii pro unâ eademque personâ
 habentur, disponit. Adde quod
 differunt inter se rescriptum &
 privilegium, juxta ea, quæ supra
cap. 1. dicta sunt, unde ea, quæ
 hic de rescriptis dicuntur, ad
 privilegia referri non queant,
 cum diversorum diversa sit ra-
 tio. *Quartum dubium* resultat ex 4.
c. 16. de R. I. in VI. ubi dicitur:
Decet concessum à Principe benefi-
cium esse mansurum, cui etiam
consentaneum est, quod Iavo-
lenus l. fin. de constit. Princip. sta-
tuit: Beneficia Imperatoris, quæ à
divinâ ejus indulgentiâ profiscun-
tur, quàm plenissimè interpretanda
esse. Verùm respondetur: Quam-
 vis privilegia manere non mi-
 nus, quàm plenissimâ interpre-
 tatione extendi debeant, id ta-
 men cum grano salis in tantum
 intelligi necesse esse, ne ultra su-
 am propriam naturam ad ea ex-
 tendantur, ad quæ neutiquam
 pri-

5. primâ sua origine sunt directâ ,
 alioquin etiam ad incognita ,
 contra intentionem dantis , ex-
 tendi possent , id quod autem in
 Jure absurdum est. *Quintum*
dubium exurgit ex *l. fin. C. de*
fruct. & lit. exp. ubi sancitur pri-
 vilegium de non solvendis ex-
 pensis Actori concessum, etiam
 ad reum extendi, etiamsi nulla
 ejus facta sit mentio. Resp. Hoc
 privilegium propriè personale
 non esse, sed reale, ac omnibus
 iisdem cum ejusmodi privilegi-
 atis actoribus rem habentibus,
 competere, æquitate etiam niti
 summa, quæ quod quisquè Ju-
 ris in alium statuit, eodem jure
 ipsum uti vult. *l. 1. quod quisquè*
juris, actori etiam id licere non
 debere, quod reo non permittit-
 tur, *l. 41. ff. de R. V.* Deinde
 etiamsi concederetur privilegi-
 um hoc personale esse, nihil tam-
 en contrarii contra regulam
 & definitionem privilegii per-
 sonalis

sonali
 quere
 dem
 perso
 cum l
 pressio
 nas, a
 datur
 sis ven
 ritur
 Ubi
 vendi
 larem
 rem,
 perso
 sunt e
 gular
 toris
 tingu
 hæc s
 tra fu
 bant
 Peck
 10.
 Su
 gioru

sonalis supra traditam inde fe-
queretur, cum privilegium qui-
dem personale indubitatè cum
persona extingatur, attamen
cum hac limitatione, nisi ex-
presso jure ad consimiles perso-
nas, æquitate suadente, exten-
datur, id quod in *d. l. fin.* expres-
sis verbis fit. *Sextum dubium* o-

6.

ritur ex *l. 17. §. pactum ff. de pact.*
Ubi dicitur, pacta personalia
venditori facta, etiam ad singu-
larem successorem, putà empto-
rem, se porrigere. Resp. Pacta
personalia venditoris non pro-
sunt emptori aut successori sin-
gulari, nisi durante vita vendi-
toris, quo defuncto, simul extinguntur. *l. 21. ff. de pact.* Et
hæc sunt, quæ potissimum con-
tra supra dicta objici posse vide-
bantur. Plura qui volet, videat
Peckium ad R. I. Can. 7. n. 9. &
10.

Supereft, ut reliquas privile-
giorum divisiones percurramus,
quæ

quæ quidem omnes ex generali hac explicata divisione resultant. Privilegium itaque aliud est *divinum*, aliud *humanum*. *Divinum* quod Deum; *Humanum*, quod hominem autorem habet. Sic in Jure divino multa Sacerdotibus veteris Testamenti data sunt privilegia, item iis, qui noviter uxorem duxerunt, nè primo nuptiarum anno in bellum proficiscerentur. *Deuter. 24. vers. 5.* Item iis, qui homicidium casuale perpetrassent, ut ad certa confugerent asyla. *Numer. 35. & Deut. 19.* *Humanum* privilegium iterum *distinguitur in Ecclesiasticum & Seculare*. *Ecclesiasticum* est, quod Ecclesiis & Viris Ecclesiasticis, vel etiam ab Ecclesiâ & Viris Ecclesiasticis: *Seculare*, quod hominibus secularibus tribuitur. Ad Ecclesiastica privilegia referri possunt non tantùm ea, quæ directò Ecclesiæ ejusquè ministris, sed & aliis

Privilegium
divinum.
Humanum.

Humanum
vel Ecclesiasticum.

Vel Seculare.

aliis
tuitu
sunt
rum
rum
comi
rum
Con
onis,
pidis
conc
nent
da, d
pub.
quali
netar
leges
Si
gia in
Affr
& aff
buit
facul
mon
est, c
verbi

aliis personis favorabilibus, intuitu pietatis, sunt data, qualia sunt privilegia piarum causarum, & miserabilium personarum, Xenodochiorum, Nosocomiorum, Orphanotrophiorum, Privilegium item August. Confessionis, vel alterius religionis, speciali fortè indulto, oppidis, civitatibus & territoriis concessum. Ad secularia pertinent omnia ea, quæ pro augenda, ditanda, vel honoranda Republic. & civitate conceduntur, qualia sunt Jus collectandi, monetandi, fortalitia extruendi, leges ferendi &c.

Similiter dividuntur *Privilegia* in *Affirmativa* & *Negativa*.

Affirmativum est, quod positivis & affirmativis verbis aliquid tribuit, aut etiam aliquid faciendi facultatem concedit, E. G. Jus monetam cudendi affirmativum est, quia positivis & affirmativis verbis certam facultatē tribuit.

Affirmativum.

C

Nega-

Negati-
vum.

Negativum est, quod privativis verbis quempiam ab onere liberat, E. G. immunitas à gabellis, teloniis & vectigalibus, est privilegium negativum, quia videlicet id, quod communiter omnibus præstandum est à privilegiato hac in parte præstandum esse negat. Ubi tamen hoc notandum, quòd quemadmodum negativa propositio facilè in affirmativam resolvitur; sic etiam negativum in affirmativum & vice versâ resolvi queant, inter quæ proinde non aliqua realis & essentialis, sed verbalis tantùm & accidentalis, pro diversitate phraseos, quâ concedens privilegia utitur, est differentia. Deniquè privilegium pro qualitatibus ratione est vel *gratiosum*, quòd ex solâ benevolentia & motu proprio concedentis proficiscitur; vel *remunerativum* quod respectu meritorum præmii loco datur; Vel *Conventionale*.

Gratio-
sum.Remu-
nerati-
vum.Con-
ventio-
nale.

nale

nale, c
convo
pacto
perpet
porib
raque
scripta
rùm p
narum
rumfa
ano, m
porale,
certisc
qualia
omnia
rum,
cipali
sunt.
aliud f
tùm in
omnia
mnum
odiosum
& Jus
loco fu

nale, quod ex contractu & pacto
 convenit; Vel *purum*, quod sine
 pacto ortum est. Item vel est
perpetuum, quod perpetuis tem- Perpe-
tuum.
 poribus durat, qualia sunt ple-
 raque realia, item illa, quæ sunt
 scripta in corpore juris, nimi-
 rum privilegia minorum, scemi-
 narum ex SC^{to} Vellejano, filio-
 rum familias ex SC^{to} Macedoni-
 ano, militum & aliorum; Vel *Tem-* Tem-
porale.
porale, quod ad certum tempus,
 certisque personis conceditur,
 qualia sunt privilegia personalia
 omnia, Privilegia item fidejusso-
 rum, qui non nisi excusso prin-
 cipali debitore conveniri pos-
 sunt. Est quoque privilegium
 aliud *favorabile*, quod (non tan- Favo-
rabile.
 tum in se Favorabile, qualia sunt
 omnia privilegia, sed) in da-
 mnum alterius non vergit; Vel
odiosum, quod aliis est nocivum, Odi-
osum.
 & Jus tertii lædit, de quibus suo
 loco fusiùs dicetur.

CAPUT IV.

DE

De Causa Efficiente Privilegiatorum.

Privilegia expressa.

Concessio Privilegiatorum partim est *expressa*, partim *tacita*, unde ex causa efficiente privilegia alia dicuntur *expressa*, alia *tacita*. *Expressa* quæ per concedentem expressis verbis tribuuntur, qualia sunt illa privilegia, quæ peculiari rescripto à Principe, vel quovis alio Magistratu & superiore dantur, vel etiam in volumen legum redacta sunt. E. G. Privilegia minorum, fœminarum, filiorum familias & similia. *Tacita* sunt, quæ præscriptione, consuetudine, vel per sententiam acquiruntur.

Tacita.

Expressa privilegia iterum vel ex Iure proprio Majestatis & superioritatis, vel ex Iure communi-

cato

cato
Princ
gnose
quan
cessa
indul
alioq
tur.
rum
guit
indu
perfo
ita, u
conce
tract
Princ
digni
cend
ditos
cessit
de his
IO.
At
esse in
infer
se, ad

cato descendunt. *Illa* sunt quæ à Principe superiorem non recognoscente; *hæc* quæ etiam, ob quandam per Superiorem concessam eminentiam, vel speciale indultum, ab iis, qui superiorem alioquin agnoscunt, conceduntur. Propriè itaque Privilegiorum Concessio non tantum arguit superioritatem dantis, & inducit subjectionis speciem in personam impetrantis, & quidem ita, ut Privilegium non subdito concessum regulariter in Contractum transeat; sed & soli Principi summo, & cui regalem dignitatem ac potestatem exercendi jura Principis, quoad subditos suos, in suo territorio, concessit, competit, per *l. unic. C. de his qui à Prin. vacat. accep. lib. 10.*

At dixerit quis, *Ius Majestatis* esse individuum, nec à Superiore inferioribus communicari posse, adeoque non nisi soli Principi

An Privilegi-
orum
conces-
sio com-
muni-
cabilis?

pi privilegiorum concessione
 competere. Sed non incommo-
 dè ad hæc respondetur, *distin-*
guendo cum Metaphysicis inter
indivisibilia & indivisa, quarum
 illa ob simplicitatem suam divi-
 sionem respuunt, hæc cum sint
 conflata ex partibus, licet, quâ
 sunt, unum sint, id est, indivisa,
 tamen divisio illis non repu-
 gnat. Multa enim in jure dicun-
 tur individua, quæ vel consensu
 eorum, quorum interest, vel
 jussu Prætoris, vel aliam ob cau-
 sam divisionem recipiunt. Sic
 tutelæ administratio est indivi-
 dua, cùm personæ detur, & ta-
 men inter Tutores ita distribui
 potest, ut quisquè pro eâ tantùm
 parte cogatur satisfacere, quam
 gessit, exemplo fidejussorum. *l.*
1. §. II. in fin. de tutel. & rat. di-
strah. Eadem ratione Majestas,
 quamvis, simul sumpta, cum om-
 nibus suis partibus, unum
 quid constituat, videlicet totum
 poten-

pote
 quod
 oper
 nant
 minu
 fecer
 distr
 ma
 stan
 state
 ctur
 facu
 vè in
 pub
 renc
 strah
 renc
 ditu
 tori
 refe
 solu
 exe
 iam
 qui
 à su
 hoc

potentiale indivisum, ut vocant, quod habeat ordinem ad plures operationes, quæ ab ipso emanant, nil tamen prohibet, quò minus partes in hoc toto unitæ, secerni & divisim inter plures distribui possint. Nam sicut anima rationalis simplex est substantiâ, multiplex tamen potestate & facultate, ac in intellectu & voluntatem, secundum facultates, dividitur, quæ unitivè in ipsâ continentur: ita in Republicâ uni potestas bellum gerendi, alteri ærarium administrandi, alteri itidem leges ferendi, & si quæ sunt alia, conceditur, quæ tamen omnia ad auctoritatem summæ Majestatis ita referuntur, ut Majestas penes solum superiorem remaneat, exercitium autem Majestatis etiam in inferioribus respondeat, qui ita quidem splendorem hunc à superioribus mutuuntur, ut hoc ipso eundem iis non interci-

cipient, aut in se derivent, sed ipsorum beneficio magis magisque amplificent, & quemadmodum is, qui mandatum Jurisdictionem suscepit, proprium nil habet, sed ejus, qui mandavit, jurisdictione utitur. *l. 1. §. 1. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd.* ita & hi, qui partem Majestatis, privilegia concedendo, exercent, cum id ipsum ex vi mandati muneris vel adscititio jure alio agant, superioris Majestatem non discerpunt. Quicquid enim per interpositam personam agunt, nihilominus à Principe descendit, per *l. 6. §. 1. quod cujuscunque unio nomine.* Et ita mediatè concessum privilegium æquè tenet, ac si Princeps ipse primus & immediatus autor ejus esset, per *C. 4. de rescript. in 6. & c. 12. de prabend. in 6.* Idquè tantò magis tum, quando superioris consensus accedit, & confirmatio, quâ de re suo loco fusiùs

fusi
 con
 ter
 Nec
 sum
 cab
 cab
 com
 divi
 G.
 nio
 l. 3.
 reli
 tur
 ff. c
 me
 juri
 que
 dilu
 ci p
 qui
 pte
 sup
 ject
 rio
 gni

fufiùs dicetur. His addi potest commodè, *discernendum esse inter indivifum & incommunicabile.* Nequè enim quicquid eft indivifum, eft propterea incommunicabile, aut quicquid communicabile, divifum, cum quædam communionem recipiant, quæ divifionem non admittunt, E. G. dominium recipit communionem, divifionem non item. *l. 3. ff. pro derelict.* Hæreditas & reliqua jura incorporalia fua naturâ funt individua, *l. 19. §. 2. ff. com. divid.* communionem tamen eadem recipere mani fefti juris eft, idquè præ aliis *Hottom. quæst. illuft. 18. & 19.* copiofè & dilucidè oftendit. Atquè fic dici potest, privilegia individua quidem effe, non tamen propterea incommunicabilia, fed à fuperioribus, eifquè qui Jus Majeftatis habent, fubditis & inferioribus propter eminentiam dignitatis, ipsis alioquin attributè,

ejusdemquè conservandam auctoritatem, vel etiam aliam ob causam citra ullam divisionem aut in partes sectionem, communicari posse. Hinc hodiè Principes, Vicarii, Vice-Duces, Vice-Comites, Nuntii Apostolici, Legati à latere sæpè jus hoc Privilegiorum communicativè exercent, quoniam omnia, quæ is, cujus vices sustinent, possunt, ac personam delegantis repræsentant, arg. *l. 1. C. de offic. Vicar. l. 1. C. de offic. ejus, qui vic. alien. jud. vel præsid. obt.* Imò per talem communicationem jurium Majestatis superioris Majestas non tantum non dividitur, aut in partes secatur, sed ne in minimo quidem minuitur, quemadmodum Sol, dum radios suos & calorem per totum orbem in quosvis angulos spargit, ac cuicumquè loco, calorem suum indistinctè communicat, non patitur exinde ullam imminutionem

nem aut sectionem, sed quò magis splendorem hunc & calorem diffundit, eò magis Majestatem ac potentiam suam ostendit, cum è contra, ubi suprà nubes latet, potentiam occultam ejus magis intelligimus, quàm cernimus. Firmum itaque manet, potestatem privilegia dandi cum subditis & inferioribus esse communicabilem, ac talia ab inferioribus concessa privilegia perinde se habere (dummodo requisiti verorum privilegiorum, de quibus suo loco, non destituantur) atque si à superiori data essent.

Quid, quod quandoquè Privilegia alium habeant autorem, & alium præ se ferant, seu, quòd sub alterius quàm veri & genuini concedentis nomine publicentur, quæ tamen non minus, quàm alia, quæ primo titulo verum autorem & largitorem exprimunt, valent. Sic apud Ve-

netos , quamvis Dux Venetorum, teste *Contareno lib. 2. de Republ. Venet.* Speciem Regis ubiquè, potestatem nusquam habeat , sed Majestas Reip. & condendarum legum facultas penes Senatum seu Consilium consistat, omnia tamen, quæ tractantur, negotia, Ducis nomen præferunt, literæ, privilegia, scriptaque alia publica, tanquam foret ipse tantùm autor, uti perhibet *Donat. Iannot. de Republ. Venet. p. 196.* Id quod similiter in Polonia obtinet, ubi omnia sancita, privilegia, & similia omnia in fronte nomen Regis gerunt, quamvis legis ferendarum potestas penes solam stet Rempublicam. Quæ omnia ob eminentiam muneris Regii, & ut Regum Ducumque aliquin satis restricta potestas, aliquatenus, apud externos imprimis, sese exferat, ita antiquitus sunt constituta.

Ne-

Nequè verò hæc Privilegio-
 rum dandorum facultas ob mu-
 neris alicujus eminentiam tan-
 tum communicatur, sed & quan-
 doquè subditis & inferioribus,
 non tamen extra territorium,
 nec in præjudicium juris publi-
 ci, aut superiori ex speciali in-
 dulto confertur, quemadmo-
 dum status Imperii Romano-
 Germanici per privilegium &
 speciale indultum hac potestate
 gaudent, per ea quæ habet *VVe-*
semb. in parat. Cod. de ll. n. 3.
 quamvis Imperii sint Vasalli &
 subditi, sub quorum numero
 sunt non tantum Principes Ec-
 clesiastici & Seculares, Duces,
 item Landgravii, Comites &c.
 Sed & Civitates liberæ, imprimis
 Imperiales, & quas mixtas,
 sive Imperiales tantum, com-
 munitè vocant, quâ de re susius
 consuli possunt illi, qui de Jure
 publico Romani imperii com-
 mentarios, dissertationes & si-

Privile-
 gia ete-
 iam à
 subdi-
 tis con-
 ferun-
 tur.

62 Caput IV. De Causa Efficiente

milia opera ediderunt. Et tantum de Privilegiis expressis.

An quis sibi ipsi Privilegium conferre possit?

Sed quæritur hîc: *An non quis sibi ipsi Privilegium conferre possit?*

Pro affirmativâ allegari solet, l. antepen. ff. de reb. aut jud. possid.

(qui titulus apud alios inscribitur, *De Privilegiis Creditorum*)

ubi dicitur: Antiochiensium civitatem lege sua privilegium in bonis defuncti debitoris accepisse. Nec minùs adducuntur in scenam illi, qui sibi met ipsis privilegia honorum ac dignitatum attribuerunt & contulerunt, ex quibus in Romanâ historiâ *Appius Claudius* se ipsum, utut factum hoc aut secus improba-

rent boni, quam nemo facere aufurum crediderat, Decemvirum creavit. *Liv. lib. 3. c. 106.* In historiâ Pontificum Romanorum, *Jacobus Portuensis Cardinalis*, postea *Ioannes XXII.* nominatus, qui An. Christi 1316., delatâ sibi potestate Papam eligendi,

gen
ele
pag
qua
quis
tam
pro
mit
per
Rex
vari
esse
hab
rog
se i
ens
an
dig
run
Boh
niq
ricu
circ
uti
Te
Ma

gendi, seipsum elegit, ubi *Nauclerus vol. 2. Chron. gener. 44. pag. 993.* hoc factum referens, quamvis in aliis electionibus quis seipsum eligere non valeat, tamen in electione Papæ id non prohiberi, cum sibi electio committitur, statuit. In historiâ Imperatorum, *Sigismundus Vngariæ Rex*, cum in locum Roberti Bavarum novus Imperator eligendus esset, ipseque unus Electorum haberetur, primus sententiam rogatus de Cæsare nominando, se ipsum nominavit; Me, inquit, ego novi, alios non itidem, an æque mecum Imperio orbis digni sint, præsertim in tanto rerum motu. *Dubrav. lib. 23. hist. Bohem. pag. 225.* In historiâ denique domesticâ adducitur *Henricus Reussinus Comes Planensis*, qui circa annum 1410. delatâ sibi, uti Seniori, à duobus Ordinis Teutonici sodalibus, ex quibus Magister Ordinis eligi debebat, eli-

64 *Caput IV. De Causa Efficiente*
eligendi, quem vellet, potestate, arrepto de altari pallio, seipsum eo induebat, dicens: Ego ex mandato, potestate & consensu vestro, me ipsum in Magistrum Ordinis eligo, quippe, qui me maximè præ aliis ad hoc munus idoneum esse sciam, Vosquè uti legitimo vestro Domino mihi obedientiam præstare debebitis. *Schuz. lib. 3. fol. 105.* Eo etiam inter alià fisci jura, quæ non nisi ipsum Principem autorem habent, uti ex *tit. ff. & C. de jur. fisci*, & alia similia specialia Principum & Magistratuum Jura referuntur, de quibus *l. 7. C. de bon. quæ liberis. l. benè à Zenone. C. de quadr. præscript. & libri tres posteriores Codicis* copiosè tractant. Contra tamen eorum probabilior & solidior est opinio, qui negativam tuentur. Quemadmodum enim nemo sibi imperare, nequè se prohibere potest, *l. pen. ff. de recept. qui arbitr.*

bitr.
id,
à se i
ff. qu
ad p
se pr
cun
cun
vetu
patr
mod
qua
dero
iam
bi p
ferr
pot
ff. d
in f
que
Alc
Cuj
ad l
nan
n. 2
cap

bitr. & vis dicitur, quoties quis
 id, quod deberi sibi fieri putat,
 à se ipso, non aliunde petit. *l. 13.*
ff. quod metus causâ: nullus etiam
 ad personatum alicujus Ecclesię
 se præsentare valet, quantum-
 cunque idoneus sit, & quibus-
 cunque studiis meritisque adju-
 vetur, *c. per nostras extr. de jur.*
patron. Et in summa, quemad-
 modum absurdum est, quen-
 quam sibi aliquid donare, ven-
 dere, locare, commodare; ita et-
 iam absurdum est, quenquam si-
 bi per privilegium aliquid con-
 ferre. Nec in contrarium facere
 potest supradicta *l. antepenult.*
ff. de reb. aut jud. poss. cùm (utut
 in sensu verbali legis sese tor-
 queant JC^{ti}., uti videre est apud
Alciatum lib. 1. dispunct. c. 11.
Cujac. lib. 10. respons. Papiniani
ad l. 21. ff. de privil. credit. Con-
nan. lib. 4. comm. jur. civ. c. 16.
n. 2. & 3. Vander. de privil. cred.
cap. 2.) in eâ nil amplius statua-
 tur.

tur, quàm Antiochiensium civitatem lege sua, h. e. jure quodam patriæ antiquo, vel consuetudine legis vim habente, sive etiam municipali, quæ lex propria Civitatum dicitur. *l. 21. §. ult. ff. ad Municip.* Privilegium in bonis defuncti debitoris accepisse. Ubi sanè vocabulum *Accepisse* arguit Civitatem hanc sibi ipsi privilegium hoc non dedisse, quum per rerum naturam aliam oporteat esse personam dantis, aliam accipientis, & cum *ex lege sua*, scilicet, non quam sibi ipsi dixit, sed quam antea vel mos vetustus, vel Reges & Imperatores introduxerunt & præscripserunt, hoc privilegio gaudeat, utiquè nec privilegium hoc sibi ipsi contulit, sed iis acceptum referre oportet, qui vi hujus legis & per eam privilegium tacitæ hypothecæ (quod *Plin. lib. 10. epist. 110.* protopraxiam, quæ pro lege valuerit, vocat)

cat)

cat) ei concesserunt. Hinc eodem Plinio Trajanus Imperator epistolâ sequenti , quo jure Civitates Bithynæ vel Ponticæ uti debeant, ex lege cujusquè animadvertendum , etsi habeant privilegium , quo cæteris Creditoribus anteponantur , custodiendum esse respondit; ubi sanè legem pro more patrio & statuto municipali sumit , ac cum privilegio (quippe inde orto) confundit. Similiter nec ea, quæ de iis , qui sibi ipsis honores & dignitates in electionibus contulerunt, ad rem faciunt, cùm non exemplis, sed legibus sit judicandum, nec quærat, utrum quis sibi ipsi quid sumere, arrogare & usurpare de facto valeat, sed an jure & idoneè hoc ipsum præstare queat. Et quamvis quidam, sive ambitione cæca ducti, sive etiam justis rationibus moti, electionis Jus alioquin, sive ex toto, sive ex parte habentes, sibi ipsis

ipsis vota & cum votis privilegia
 dignitatis contulerunt, attamen
 tum demum electio illa & ho-
 noris collatio robur suum nacta
 est, posteaquam populus, vel
 quicumque Jus eligendi habent,
 eam ratam habuerunt, suoquè
 vel expresso, vel tacito consen-
 su approbârunt; deficiente verò
 ratihabitione hâc & consensu
 pro ambitiosâ usurpatione totus
 actus habitus fuit. Quemadmo-
 dum enim is, qui sibi ipsi Jus
 itineris, viæ, actus &c. per alien-
 num fundum attribuit & sumit,
 non per privilegium tale jus e-
 undi, ambulandi &c. habet, sed
 tantum illud usurpare dicitur, ac
 tum demum privilegiarius hac
 in parte esse censetur, quando
 consensu domini istius fundi,
 vel aliis mediis, in jure præscri-
 ptis, jus hoc acquisivit; Ita qui
 prædictâ propriâ electione se i-
 psam Decem-Virum, Papam,
 Regem vel Ducem creavit, non de-

dedisse sibi sed sumpsisse privilegium dignitatis dicitur, nisi hæc ipsius electio subsequenti consensu & ratihabitione eorum, quorum interest, consolidetur & roboretur, tum etenim, quamvis dignitas hæc ab eligente ipso promanasse videatur, re penitus tamen inspectâ, ipse eligens causa potius movens & adminiculans, quàm efficiens esse reputatur suę dignitatis, quippe quæ veram demum existentiam per consensum & ratihabitionem eorum, ad quos id pertinuit, omne penitus vitium, si quòd tali electioni ex voto proprio primitus inesse visum est, purgantem nacta est. Accedit, quod diversa planè sit quæstio hæc, quâ quæritur: Utrum Jus suffragii ferendi habens, pro se ipso suffragium ferre possit? ab illa: Utrum quis sibi ipsi privilegium dare queat? Illud plurimi probant, uti constat ex *Limæo*
de

70 *Caput IV. De Causa Efficiente*
de jur. publ. tom. 1. lib. 2. c. 3. n.
70. & seq. Hoc nemo: Illud ex
quadam potestate in jure suffra-
gandi radicatâ, licitum censetur;
Hoc nec in ullâ potestate funda-
tur, nec ullâ sanâ ratione defen-
di potest. Deniquè nec plenu-
do potestatis Principum, nec ul-
la per eosdem introducta jura in
contrarium militant, siquidem
Princeps per edicta, statuta, le-
gesvé aliquid promulgans, nil
novi sibi largitur, sed tantum eo
jure, quod à populo, Senatu, vel
aliis ipsi primitus est concessum,
aut jure Majestatis competit, u-
titur, illudquè actu impofterum
& facto ipso exerceri jubet, quâ
de re pluribus videri potest, *E-*
nenkelius lib. 1. de privil. c. 7.

Privile-
gia præ-
scripti-
one &
confue-
tutine
quæ sita

Superfunt tacita quæ uti di-
ctum, præscriptione, consuetudine
& sententiâ acquiruntur, & pro-
priè non tam dantur, quàm in-
troducuntur, ejusdem verò sunt
autoritatis, atquè expressa, quia
nihil

nihil
ipsis
tur.
scrip
biun
& to
præf
tudi
l. 58
Epi
ptio
quia
vari
non
pori
lege
I
priv
dub
tent
neq
ris,
dice
inpr
for
alle

nihil interest suffragio an rebus
 ipsis vel factis voluntas declare-
 tur. l. 32. §. 1. ff. de ll. De præ-
 scriptione & consuetudine du-
 bium non est, cum etiam lippis
 & tonsoribus notum sit, tam
 præscriptionem, quàm consue-
 tudinem concessionis vice esse.
 l. 58. C. de decurion. l. 35. C. de
 Episc. Inprimis, si sit præscri-
 ptio temporis immemoralis,
 quia, uti loquitur *Cassiodorus* 1.
variar. 18. locus calumniandi
 non relinquitur, cum longi tem-
 poris obscuritas prætenditur (ita
 legendum pro *Præteritur.*)

*De sententiâ utrùm per illam
 privilegium inducatur*, fortè quis
 dubitaverit. Quævis sanè sen-
 tentia Privilegium constituere
 nequit, inprimis, Judicis mino-
 ris, sed talis sententia, quæ à Ju-
 dice supremæ instantiæ lata est,
 inprimis si pro privilegio, quod
 fortè ab unâ vel alterâ partium
 allegatum fuit, judicaverit, tali
 enim

An per
 senten-
 tiam
 Privile-
 gium
 induca-
 tur?

72 *Caput IV. De Causa Efficiente*
enim ratione illud, quod antea
dubium erat, tacitè constituisse
videtur. Sic cum antea dubita-
retur, an à Præfecto Prætorio ap-
pellari posset, accedente senten-
tiâ Principis, appellandi facul-
tas interdicta, adeoque Præfe-
ctus prætorio hocce privilegi-
um, de non ulterius appellando,
ex hâc principali sententiâ obti-
nuit. *l. un. §. i. ff. de offic. Præ-
fect. Prator.*

C A P U T V.

D E

Materia Privilegii.

Duplex
materia
Sensibi-
lis &
Intelli-
gibilis,
Philosophi plerumquè *dupli-*
cem constituunt *materiam*,
sensibilem & intelligibilem, quarum
illa rerum est corporearum, *hac*
incorporearum, adeoque & ju-
rium. Tractaturus itaque hoc ca-
pite de materiâ privilegiorum,
Materiam intelligo partim sen-
sibi-

sibilem, partim intelligibilem ;
 Illam respectu subjecti recipien-
 tis, quæ Philosophis est materia
 in quâ ; hanc respectu rei super
 quâ, vel de quâ Privilegium
 conceditur.

Subjectum recipiens, sive Materia
materia sensibilis in quâ, est omne sen-
 id, cui privilegium confertur, si- sibilis Pri-
 ve sit *persona*, sive *res*, sive *actio*. vilegio-
rum.

Nequè enim solis personis pri-
 vilegia tribuuntur, sed & rebus
 & actionibus, quamvis pro di-
 versitate considerationis etiam
 ea, quæ rebus tributa sunt, & a-
 ctionibus, personis subveniant,
 ac eatenus eisdem concessa esse
 intelligantur. E. G. jus asylo-
 rum propriè loco alicui tribui-
 tur, quia tamen persona ad asy-
 la confugiens, à pœnâ hoc ipso
 liberatur, utiquè eo respectu
 personæ privilegium hoc con-
 cessum dici potest. Eâdem rati-
 one actio funeraria est privile-
 giata, eiquè hoc tributum, ut

D

qui

qui impensas in funus fecit, omnibus præferatur aliis Creditoribus, adeoque quod actioni ipsi in suâ naturâ propriâ tributum est, etiam omnibus hæc experientibus, competit. Sed de privilegiis personalibus & realibus, eorumque convenientiâ ac differentiâ jam suprâ copiosè actum est, superest, ut de personis rebusque, quibus privilegia concedi queant, paucis agamus.

Privilegia quibus cōcedantur. *Conceduntur itaque privilegia indistinctè omnibus personis dignis, tam maribus, quàm fœminis, tam adultis, quàm minorennibus, nullâ habitâ sexus aut ætatis ratione. Exemplis hoc illustrare juvabit. In jure quippe civili beneficia non marium tantùm & adulatorum, sed & fœminarum & impuberum reperiuntur, eoque pertinent beneficia SC^{ti}. Vellejani, Macedoniani, restitutionis in integrum tam majorum, quàm minorum, & si quæ sunt*

sunt a
ses qu
tute, e
ranor
sente
rum p
rilibu
legiur
morte
omni
ad eor
die ad
i. fol.
bellic
ut ab
nitate
mulie
quocu
rum
menti
Hispa
mulie
conte
lib. 2.
mano
Vejos

funt alia. Sic foeminæ Culmen-
 ses qlim animositate sua & vir-
 tute, quâ Suantipolcum Pome-
 ranorum Ducem, Culmam, ab-
 sente maximâ maritorum ipso-
 rum parte, indutis vestibus vi-
 rilibus, repulerunt, hoc privi-
 legium nactæ sunt: quod post
 mortem maritorum medietas
 omnium bonorum ab intestato
 ad eosdem devolvi cœpit, ac ho-
 die adhuc devolvitur. *Schüz. l.*
1. fol. 19. Pariter & Cantabri
 bellicâ fortitudine meruerunt,
 ut ab Hispaniæ Regibus immu-
 nitate donati, & liberè eorum
 mulieribus permissum fuerit,
 quocunque velint vestimento-
 rum genere capitisquè vela-
 mentis uti, cum per reliquam
 Hispaniam totam viri uno, &
 mulieres uno corporis cultu
 contentas esse oporteat. *Leodius*
lib. 2. annal. pag. 26. Apud Ro-
 manos, cum Camillus Dictator
 Vejos expugnâset, partem de-

cimam prædæ Apollini fovit. Pecunia autem postea ex ærario prompta, & Tribunis militum consularibus, ut aurum ex eâ cõmerent, negotium datum, cujus cùm copia non esset, matronæ, cõetibus ad eam rem consultandam habitis, & communi decreto, pollicitæ, Tribunis militum aurum, & omnia ornamenta sua in ærarium detulerunt. Grata ea res, ut quæ maximè Senatui unquam fuit, honoremquæ ob eam munificentiam ferunt habitum, ut pilento ad sacra ludosquæ, carpentis festo profestoquæ uterentur. *Liv. l. 5. c. 74. & 75.* Eadem Matronæ Romanæ, cùm aurum in publico deesset, ex quo summa pacta mercedis Gallis confieret, contulerunt, ut auro sacro abstineretur, unde iis gratiæ actæ, honosquæ additus, ut earum, sicut virorum, post mortem solennis laudatio esset. *Liv. ibidem*

c. 13
vileg
Senat
qui c
fuscis
lusiff
re or
cum
troin
Gellu
adm
præc
adm
nuo
& ex
nes.
virt
trib
gnis
ubi
hau
bon
apu
I.
gia
unt

c. 135. Notum est quoque privilegium Papyrii prætextati à Senatu Romano ipsi indultum, qui cùm matri, secreta Senatus fuscitanti, lepido commento illufisset, re compertâ, hoc honore ornatus est, ut posthac pueri cum patribus in curiam non introirent, nisi ille unus Papyrius. *Gellius 1. noct. attic. c. 23.* Quemadmodum ergò virtus nulli est præclusa, omnibus patet, omnes admittit, omnes invitat, ingenuos, libertinos, servos, Reges & exules, teste *Seneca 3. de benef. c. 18.* Ita & privilegia, quæ virtutis præmia sunt, omnibus tribui convenit, præsertim dignis & virtute conspicuis, nam ubi malos præmia sequuntur, haud facilè quispiam gratuito bonus est, inquit L. Philippus apud *Sallust. in fragm. histor. lib. 1.* De jure etiam civili Privilegia benè meritis solùm tribuuntur, nec ad alios, nisi hos ex-

tenduntur, arg. l. 26. §. 1. ff. de test. milit. : Ubi testamenta eorum militum, qui ignominia causa missi sunt, statim desinunt militari jure gaudere, nec talibus de castrensi peculio justitandi concessum est, quod alioquin aliis militibus competit. Sic etiam asyla homicidiis voluntariis prodesse non convenit. *Exod. 21. vers. 13. & 14. Deut. 19. vers. 5.* & qui a munere suo & gratia sibi concessa destiterit, vel cessaverit, privilegio indignus existimatur. l. 3. C. de domest. & protect. Quam de re infra suo loco uberius differendi dabitur occasio, ac hoc paucis hic delibasse sufficiat.

Perfo-
nae sint
Privile-
giorum
indigat

Neque verò circa personas sola dignitas consideranda venit, sed & hoc, an privilegiorum sint indiga, vel secus. Quia enim privilegia non cassa esse, sed semper aliquid operari convenit, per c. 10. de privil. in 6. Utique etiam
iis,

iis, q
non v
fatis i
veniun
precib
lege p
thesau
frustr
eo am
tit ve
frustr
cum,
quibu
l. Imp
n. 2. C
utitu
furte
ne qu
conf
rem a
Lima
n. 12
gula
com
ante
bere

iis, qui privilegiorum indigi,
 non verò aliàs jure communi
 satis sunt tuti, illa indulgenda
 veniunt, cùm superfluum sit, hoc
 precibus postulare, quod jam
 lege permissum est, *l. 1. C. de
 thesaur. lib. 10.* quemadmodum
 frustrà petit baculum, qui sine
 eo ambulare potest; frustrà pe-
 tit vestem, qui nudus non est;
 frustrà deniquè deposcit medi-
 cum, qui nullo morbo laborat,
 quibus similitudinibus *Zasius ad
 l. Imperatores. ff. de privil. credit.
 n. 2. & lib. 1. sing. resp. c. 7. n. 4.*
 utitur. Sic Privilegium Franco-
 furtensum & Freiburgensium,
 ne quis filiam vel neptem, vel
 consanguineam invitus in uxore
 alicui tradere compellatur.
*Limn. 3. de jur. publ. lib. 7. c. 16.
 n. 12. & c. 17. n. 6.* nullum sin-
 gulare pondus habet, quia jus
 commune & naturale idem jam
 antea importat, hocquè fieri de-
 bere & civilis & naturalis ratio
 sua-

suadent, *pr. Instit. de Nupt.* : quemadmodum & illud Spiren-
fium, quo illis libera testandi fa-
cultas tribuitur. *Limn. ibidem. c.*
46. n. 10. Cùm libertas ista te-
standi sit naturalis, & jure com-
muni nulli deneganda. *l. 1. C. de*
SS. Eccles.

Privile-
gia à
superi-
oribus
conce-
duntur
subditis

Etiam
extra-
neis &
non
subdi-
tis.

Deniquè circa personas hoc
imprimis observandum est, *o-*
mnia privilegia inferioribus à su-
periore, & ut plurimum, subditis,
concedi, quemadmodum leges
inferioribus, & potissimum su-
bditis feruntur. Per *inferiores* in-
telligo promiscuè omnes tam
extraneos, quàm *subditos,* quos
tamen à subditis in hac materiâ
distare in tantùm liquet, quod
privilegia propriè & suâ naturâ
subditum directè concernant, *ex-*
traneum verò indirectè, quatenus
ille vel concedentis Majestatem
& potestatem comiter observat,
vel certâ quâdam cum eodem e-
jusquè ditionibus juris commu-
nicati-

nicat
dum
Han
sua o
emp
tiâ,
voga
Ang
quid
onis
pote
Han
Ann
men
159
ciis
acqu
nec
scat
tate
No
Bel
sub
gia
tiis
tun

nicatione gaudet, quemadmodum id exemplum Civitatum Hanseaticarum ostendit, quæ sua olim habuerunt privilegia & emporia in Flandriâ & Brabantia, Brugis & Antverpiæ: Novogardiæ in Ruffiâ: Londini in Angliâ: Bergæ in Norwegiâ: & quidem cum aliquali jurisdictionis exercitio, quâ de re videri potest *Verdenhag. de Rebuspub. Hanseat. part. 5.* Sic Gedanum Anno 1593. Romæ à Papa Clemente VIII. & Venetiis, Anno 1597. certas immunitates à Daciis & teloneis per privilegium acquisivit, quamvis nec Papæ, nec Venetorum imperiû agnoscat, quemadmodum nec Civitates Hanseaticæ Anglorum, Norvegiarum, Ruffiarum vel Belgarum promiscuè imperio subsunt. Talia tamen privilegia extraneis, in aliis, quam gratiis indulta, exigui sunt roboris, tum quòd extra territorium, vel

suprà jurisdictionem suam jus dicenti, impunè non pareatur, *l. ult. ff. de jurisd. tùm & imprimis, quod per concessionem extraneo, in aliis, quàm gratiis factam, præjudicium verò Domino inferatur, quòd à concessione quàm alienum esse debere, infrà suo loco ostendam. Hinc Princeps extraneum & non subditum natalibus restituere & legitimare, quoad bona, intra alterius imperii limites existentia, non potest, per *C. Venerabilem. extr. qui filii sint legitim. nequè item alicui jus Civitatis illius, quæ alterius imperio subest, largiri, nec quenquam noxæ eximere, qui sub alterius, quàm eximentis jurisdictione deliquit.**

Privilegium est rei existentis.

Circa res hoc potissimùm attendendum est, ut *privilegium rei existenti detur, sive illa actu existat, sive potentiâ proximâ, aut etiam aliquo modo extitura spectetur*

retur
natæ
utilit
nati.c
admo
gia n
sed 8
bus d
regul
habe
hom.
per f
tribu
feud.
semp
ita ev
ff. de
què
quan
l. 17
aute
futu
um n
stipu
turâ
1, In

retur. Hinc posteritati necdum
 natæ, imò nondum conceptæ
 utiliter provideri potest, *c. filii
 nati. c. de feud. def. cont. sit.* quem-
 admodum etiam sæpè privile-
 gia non uni tantùm personæ,
 sed & hæredibus & successori-
 bus dantur, ac in favorabilibus
 regulariter nascendus pro nato
 habetur. *l. 7. § 25. ff. de Stat.
 hom.* Sic etiam expectativa su-
 per feudo nondum aperto alicui
 tribui potest. *c. moribus si de
 feud. def. cont. sit.* Cùm ibidem
 semper tacita subsit conditio, si
 ita eveniat, per *l. 1. in pr. § fin.
 ff. de Condit. & Demonstr.* Deni-
 què & præteritæ rei nonnun-
 quam privilegia indulgentur,
l. 17. § pen. C. de SS. Eccles. Sin
 autem res nequè existant, nequè
 futuræ sperentur, in privilegi-
 um non veniunt, cùm inutilis sit
 stipulatio rei, quæ in rerum na-
 turâ non est, nec esse potest, *§.
 1. Instir. de inutil. stipul.*

Et qui-
dem
sub no-
stra po-
testate.

Nec sufficit rem actu & po-
tentiâ existere, sed & necesse est
eandem potestati, imperio & di-
spositioni ejus, qui privilegium
confert, subesse. Quemadmo-
dum enim ex alieno liberalem
esse moribus bonis repugnat: ita
aliena cuiquam tribuere vanum
est, & ut plurimum inutile. Hinc
cùm Anno 1526. Monachus
quidam Vincentius de Valle vi-
ride à Pisardo ad Regem Indo-
rum Peruanorum Attabalibam
missus, inter alia eidem expone-
ret, Indiam à Papa Imperatori
Romanorum donatam esse, re-
spondit Rex: Mirari se insciti-
am & stultitiam Papæ, qui ad eò
liberalis esset in conferendis bo-
nis & ditionibus à se nunquam
visis, nec unquam sub potesta-
tem suam redactis. *Joan. Ludov.
Godfrid. in hist. Antipod. part. 2.
p. 256.*

Ex præcedentibus igitur col-
ligitur, *omnia ea, quæ legi pacto ve*
alicui

alicui
vile
tam
ra ta
niur
bus
dign
bus
unt
nit
liqu
bel
ta,
pot
cla
cog
Ma
scr
vel
ere
Du
Ac
inc
cu
qu
pis

alicui tribui possunt, etiam per privilegium concedi posse, præcipuè tamen *Regalia*, eaque non *Regalia* tantùm, sed & *majora*. Definiuntur autem *majora* ea, in *Majora* quibus potissimùm *suprema potestas* & *quæ?* dignitas relucet, ac *Principis* officiis *coherent*, nec ab iis *avelli* queunt, qualia sunt, uti *clausula plenitudinis potestatis*, & ex eâ aliquid statuere, *leges condere*, bellum *indicare*, *pronunciare* ita, ut à *sententiâ* appellari non possit, *delegare causam cum clausulâ*, *appellatione remotâ*, *cognoscere de Crimine læsæ Majestatis*, *legitimare per rescriptum*, *ad famam*, *honores vel natales*, *in integrum restituere*, *veniam ætatis dare*, *creare Duces*, *Marchiones*, *Comites*, *Academias erigere*, *nobilitare*, *indicare Comititia*, *monetam cudere* & *similia*. *Minora* sunt, *Minora* *quæ non tam Majestatem Principis, quàm ejusdem fiscum, redditus* *quæ?*

& proventus concernunt, eoquè referuntur, vectigalia, tributa, collectæ extraordinarię, mulctę, pœnæ, bona vacantia & caduca, aliaquè plura, *in unic. qua sint regal.* contenta, ubi tamè quædam recensentur, quę ad majora propriè pertineant, quæ tamen fusiùs deducere hujus loci non est, & ex *Sixtin. de Regal. c. 2.* abundè peti possunt. Cæterùm hoc omninò hîc observandum venit, quod *Regalia majora* aliis nunquam nisi *communicative*, per privilegium conferantur, *minora* autem etiam quandoquè *privativè*. Ratio est, quia regalia majora jus Majestatis afficiunt, adeoquè *privativè* à Principe alteri tribui nequeunt, h. e. non potest Princeps ita ea alteri concedere, ut se ipsum iisdem totaliter privet & spoliet; *minora* autem, cùm Fiscum tantùm concernant, qui propriè est Principis, & de patrimonio Prin-

Quo-
 modo
 com-
 muni-
 cative
 & pri-
 vative?

Prin-
 ri c
 Prin-
 nute
 rari
 neta
 Reg
 reg
 bus
 tum
 mu
 cet
 and
 sub
 cul
 leg
 cui
 stâ
 cul
 nic
 con
 tra
 qu
 bu
 qu
 &

Principis, etiam privativè alteri conceduntur, cùm Majestas Principis nihilominùs, immutato quamvis aliquantisper ærario, salva remaneat. E. G. Monetam cudere est ex numero Regalium majorum, quod tamè regale, quàm plurimis civitatibus etiam à Principibus tributum cernimus, attamen communicativè tantùm, ita videlicet, ut nihilominùs superior eandem cum Civitatibus sibi subjectis monetam cudendi facultatem retineat. Similiter, qui legis condendæ potestatem alicui tribuit, non propterea se istâ facultate abdicat, sed hanc facultatem tantùm alteri communicat, & nihilominùs jus legis condendæ sibi retinet. E contra qui mulctarum pœnarum, què exactiorem alicui tertio tribuit, seipsum mulctam pœnas, què exigendi potestate privat, & quod antea sibi soli compete-

bat,

bat , à se in alterum totaliter transfert. Tale privativum privilegium, ut domesticis utar exemplis , etiam ex parte aliqua est, privilegium incorporationis terrarum Prussiæ, dùm omnia telonia in aquis & terra, nova aut antiqua tollit & abrogat, bona naufraga & caduca veris dominis eorumque hæredibus assignat, & si quæ sunt alia.

Privilegia actionū.

Ultimò veniunt *actiones*, quibus pariter atque personis & rebus privilegia data sunt, seu certa quædam prælatio & prærogativa, quæ inter actiones personales vertitur, & quâ in debiti repetitione chirographarii creditores aliis conchirographariis præferuntur, quâ de re *tit. de privil. Credit. in Digestis* videri potest. Talesquè sunt actio funeraria, rei uxoriæ, dotis, tutelæ, de peculio & similes alia.

CA-

CAPUT VI.

DE

*Forma & Requisitis Privilegi-
orum.*

A Materiâ recto ordine ad formam progredior, quæ itidem duplex est: *Essentialis & Accidental.* Illa ad substantiam & essentiam requiritur; hæc ad existentiam. *Forma autem essentialis privilegiorum in eo consistit*, quod præter communem civili-um ordinationum tenorem, vel etiam consuetudinem propter aliquam naturalis æquitatis & honestatis rationem introducantur, uti ex definitione privilegii constat. Hinc, cum aliquo modo à lege & jure communi recedat, quidam privilegia simpliciter eidem contrariari existimant. Sed malè, non enim tollunt, sed suspendunt; non evertunt, sed emolliunt; non in-

Forma
essenti-
alis Pri-
vilegio-
rum.

fringunt, sed remittunt, imò
 suppleunt, adduntquè aliquid ju-
 ri communi, ac proinde non
 tam contra, quàm suprà, præter,
 & ultrà dispositionē juris com-
 munitis tribuuntur. Et hoc sen-
 su *Gail. de Arrest. c. II. n. 2.* non
 omninò malè statuit, privilegia
 ita intelligenda esse, ut quoad
 fieri potest, minùs derogent ju-
 ri communi, per *c. cum dilectus*
S. quia nobis extr. de consuet. &
c. quæ à jure de R. I. in 6. Idquè
 in primis in privilegiis dubiis,
 duplicem intellectum proprium
 & improprium habentibus, quo
 casu magis improprium intelle-
 ctum accipiendum judicat, ut
 minùs recedatur à jure commu-
 ni, nisi fortè ex illa impropriâ si-
 gnificatione sequatur absurdus
 & captiosus intellectus, qualis
 absurditas in jure omnino est
 vitanda. *l. 67. ff. de R. I. l. pen.*
ff. ad exhibend.

Forma
 acci-

Quod formam accidentalem
 seu

§ Requisite Privilegiorum. 91

seu existentiam privilegiorum, ac requisita ad eandem necessaria concernit, illa partim privilegiorum concessionem & concedentem, partim acquisitionem & acquirentem respiciunt, ita ut privilegium partim nullatenus, partim difficulter pro diversitate qualitatis suæ subsistere valeat, nisi simul circa eorum obtentionem tam concedens, quam acquirens regulas in hoc casu observandas observet.

Primum autem, quod concedentem circa concessionem privilegiorum omninò observare convenit, est; *Ne contra jus divinum, positivum & morale, in ejusquè abolitionem quicquam indulgeat, vel largiatur.* Lex enim Imperatorum non est suprà legem Dei, sed subtus, c. i. *distinct.* 10. & non licet Imperatori, vel cuicumque pietatem custodienti aliquid contra divina mandata præsumere, nec quicquam, quod

dentalis.

Requisite Privilegiorum ratione concessionis;

I.

Privilegia sint juri divino & positivo congrua.

Euan-

Euangelicis, Propheticis & Apostolicis regulis obviet, agere. c. 1. *ibidem*. Hinc à quibusdam improbatur illa Polonorum Anno 1368. sub Casimiro Rege Vislicia facta constitutio, quâ contra Dei & legum sanctiones pœnam homicidii capitalem sustulerunt, & rigorem juris divini arguere, quin & temperare ausi sunt. *Herburt. in Stat. Regni Polon. tit. Homicidium.*

II. Non contra jura naturæ & gentiũ. *Secundum est, ne contra jura naturalia & gentium, quippe quæ suâ naturâ sunt immutabilia, s. penult. Instit. de jur. nat. & gent. & civil. bonosque mores quicquam concedat.* Impossibilitatem enim quandam legis secũ trahit, quicquam adversus jus naturale sive præcipere vel committere velle, etsi possibilitas facti adsit, siquidem facta, quæ lædunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse creden-

93
dend
Instit.
sio n
cuiq
de I.
nis n
inval
jurat
gibus
me n
des?
nos
61. j
furti
subst
miss
tine
inju
ff. d
tine
indu
qui
cau
bon
sant
de c

dendum est, *l. 15. ff. de condit. Instit.* Hinc non tantum defensio naturalis, per privilegium cuiquam tolli nequit, *per l. 3. ff. de I. & I.* Sed & quicquid bonis moribus adversatur, omnino invalidum est, etiamsi pactum juratum accesserit, *l. 5. C. de legibus.* Sic stipulatio, *si heredem me non feceris, tantum dare spondes?* inutilis est, quia contra bonos mores hæc est stipulatio, *l. 61. ff. de V. O.* item pactum, ne furti agam vel injuriarum, non subsistit, videlicet, ante hæc admissa, quia turpem causam continet, & expedit timere furti vel injuriarum pœnam, *l. 27. §. 4. ff. de pact.* Quorsum etiam pertinent in quibusdam Civitatibus indulta privilegia Lupanaribus, quippe quæ non tantum turpem causam in se continent, sed & bonis legibus & moribus adversantur, *arg. l. 4. in pr. & §. 3. ff. de condit. ob turp. caus.* Edictum quo-

quoque illud Claudii Imperatoris, quo veniam dabat flatum crepitumque ventris in convivio emittendi, cum periclitatum quendam præ pudore ex continentia reperisset, cujus mentionem facit *Sueton. in Claud. c. 32.* spurcum est, & bonis moribus adversum, adeoque speciali concessione indignum. Rectius & laudabilius se gessit Alphonsus Arragonum Rex, qui Præsides provinciarum omnes ac Judices monuit, ne quod decretum aut rescriptum à se factum servarent, nisi quod jure tantum & honestate niteretur, interdum enim aut importunitate postulantium, aut ignoratione rei fieri, ut quidpiam contra juris sanctionem emanat. *Panormis. de dict. & fact. Alph. Regis lib. 2. n. 46.* Quamvis autem contra jura divina, naturæ & gentium disponi nequeat, potest tamen Princeps quandoque certis de

de ca
mora
rare &
jure
vetitu
hoste
iamfi
cantu
l. 35.
Simil
tri fili
sam,
38. §.
l. 20.
privil
neque
est, q
cunt,
cipia
men e
tione
Tapia
cip. c.
us ad
gent.
natur

de causis, legem divinam, etiam
moralem, interpretatione decla-
rare & limitare. Sic quamvis de
jure divino hominem occidere
vetitum sit, transfugæ tamen,
hostes & patriæ proditores, et-
iamsi Parentes sint, impunè ne-
cantur, & præmio afficiuntur,
l. 35. ff. de relig. & sumpt. fun.
Similiter & marito uxorem, Pa-
tri filiam in adulterio deprehen-
sam, licet de jure civili necare. *l.*
38. §. 8. ff. ad l. Iul. de Adult.
l. 20. ibidem. Tolli autem per
privilegium nequè Jus divinum,
nequè Jus naturæ potest, & hinc
est, quod communiter DD. dic-
cunt, Jus naturæ quoad sua prin-
cipia esse immutabile, posse ta-
men ejus conclusiones, applica-
tiones & declarationes mutari.
Tapia ad Rubr. de Constit. Prin-
cip, c. 1. n. 48. vel, uti *Bachovi-*
us ad §. pen. Institut. de jur. nat.
gent. & civil. commentatur, jus
naturale posse modificari, decla-
rari

rari & provisionibus alterari ;
 nunquam autem mutari rectè ,
 sed obliquè , aliquando & ex hy-
 pothesi ; quemadmodum & ob
 injustam invasionem licet ali-
 quando defendendi sui causâ
 occidere hominem , quod aliàs
 jure naturæ vetitum est.

III. *Tertium est, ne per concessionem*
privilegiorum leges fundamentales
infringat, inprimis juratas, quia
 Legibus funda-
 menta-
 libus non ad-
 versa,
 enim leges fundamentales sunt ,
 quasi anima & nervi Reipublicæ,
 necesse est iis sublatis Rem-
 publicam corruere , aut saltem
 converti. Nequè Regi cuiquam
 vitio aut dedecori est verten-
 dum , quòd iis legibus & Juris-
 dictioni se submittat , quorum
 beneficio Regium honorem , au-
 thoritatem , regnum & jura sta-
 tutaq; in florenti vigore sit con-
 servaturus. Quemadmodum e-
 nim candela vitreæ inclusa ca-
 psulæ , æquè ac si extra eandem
 posita , lumen spargit suum , ac
 hoc

hoc modo conservatur, ne ventis hinc inde exposita extingatur, aut diffluat; ita Majestatis splendor, circumstante, at non obstante legum fundamentalium fabricâ, lucidus apparet, munitur tamen hâc ipsâ, ne Favoniis adulationum ventis admittis, pronâ licentiâ pereat, & summam patiatur ecclipsin, uti egregiè monet *Limnaus de jur. publ. l. 1. c. 12. n. 37.* Quin & Tyrannicum est cum Nerone negare quenquam Principem scivisse, quod sibi liceret. *Suet. in Neron. c. 37.* & meritò hæ impotentie voces Cæsaris damnantur, dicentis: Nihil esse Rempublicam, appellationem modò sine corpore & specie. Sullam nescisse literas, qui Dictaturam deposuerit. Debere homines consideratiùs jam loqui secum, ac pro legibus habere, quæ dicat. *Sueton. in Cæs. c. 77.* Ita nimirum omninò verum est,

E quod

quod *Publius* ait apud *Macrob.*
in Saturn. l. 2. c. 7. Cui plùs li-
 cet, quàm par est, plùs vult,
 quàm licet: & minuuntur jura,
 quoties gliscit potestas. *Tacit.*
lib. 3. annal. Nullaquè vacat que-
 stio pravitatum apud eos, qui
 quod volunt, ipsi maximas pu-
 tant esse virtutes. *Marcell.* l. 27.
 Hinc idem *Marcell.* l. 29. benè
 de Valente Imp. scribit, quod
 nihil illi licere debuerat, quia
 omnia sibi licere, etiam injusta,
 existimabat. Laudabiliores con-
 tra sunt illi, qui in summo fasti-
 gio constituti legum fundamen-
 talium sunt observantes, & non
 minùs regi eis cupiunt, quàm
 regere. Nemo enim regere po-
 test, nisi qui & regi. *Senec.* 2.
de ira. c. 15. & ut felicitatis est,
 quantum velis posse, sic magni-
 tudinis, velle, quantum possis.
Plin. in Panegyrico. Isquè demùm
 alios benè regere potest, qui se
 studuit sub decore tractare.

Cassiod.

Cassiod.
 per
 14.
 cetia
 pup
 lien
 peri
 ut so
 nim
 dam
stor.
 laud
 glia
 con
 men
 Reg
 mih
 cen
 me
 ria I
 tos
 lula
 aute
 men
 pub
 miss

Cassiod. 3. var. 13. Hinc merito perstringitur apud *Tacitum lib.* 14. *annal.* Poppæa, quia per factias incusabat Principem, & pupillum vocabat, qui jussis alienis obnoxius, non modò imperii, sed & libertatis indigeret, ut scilicet hac ratione potentiam nimiam, adeoque non satis fidam, ut idem *Tacitus lib.* 2. *histor.* loquitur, redderet. Contra laudanda venit Elisabetha Angliæ Regina, quæ Anno 1601. confessum inferiorem Parlamento his verbis allocuta est; Regiæ Majestatis fulgor non ita mihi oculos perstrinxit, ut licentia plus, quàm justitia apud me valeat. Regii nominis gloria Principes regnandi imperitos fallere possit, perinde ac pillulæ inauratæ ægrotantes. Ego autem ex eorum Principum numero non sum. Novi enim Rempubl. in rem eorum, qui commissi sunt, non eorum, quibus

commiffum est, gerendam esse, & pro altero tribunali rationem tandem reddendam. *Cambden. part. 4. histor. Elisab. pag. 823.* Quid quòd non rarò periculosi motus ex legum fundamentali-um læsione, ne dicam, sublatio- ne oriantur? Sic Anno 1606. in celebri adversus Regem Sig- gism. III. motu Rakoffiano, ii, qui motum excitârunt, inter alia conquerebantur: Novis, quæ ex Cancellariâ Regiâ in contrari- um eduntur, privilegiis, vetera rescindi. *Stanisl. Lubienfki. l. 1. de mot. civil. pag. 48.* Et cum o- lim Uladiflaus Jagello privilegi- um Polonis adversum irrogaret, illi strictis gladiis in Senatu co- ram Rege illud consciderunt: *Orichov. l. 2. annal. p. 27.*

IV. *Quartum est, ne per privilegi- um quicquam in magnum Reipub. præjudicium alienetur.* Quamvis enim beneficalem Principem esse liceat, nec intra regulas con-

Non
Reipu-
blica
præju-
diciosa.

conf
Reg
siod.
men
tate
ceps
dem
dum
rant
12.
judic
non
tum
cessit
Resp
co,
na tu
quit
aute
Prin
Prat
publ
l. si p
iis fa
lent
fuisse

confligui possit munificencia
Regalis arctari, ut loquitur *Cassiod.* 2. var. 30. indigentiam tamen, quæ ex hac nimia liberalitate ortum ducit, meritò Princeps fugit, præsertim cum eadem postea excessus suadeat, dùm perniciofa res est in imperante temeritas. *Cassiod.* 1. var. 12. Hinc alienationes in præjudicium magnum Reip. factæ non tenent, etiamsi Juramentum, de non revocandis iis, accesserit, c. 33. *extr. de jurejur.* Respublica enim est pupillæ loco, l. 3. *C. de jur. Reip.* cujus bona tutor alienare pro libitu nequit, l. 49. *ff. de minor.* Intellego autem, non res fiscales, quæ uti Principis propriæ privatæquæ l. *Prator. §. 4. ff. ne quid in loc. publ.* in commercium veniunt, l. *si procurator ff. de jur. fisci.* & ex iis factæ donationes perinde valent, ac si ex patrimonio factæ fuissent. l. *benè à Zenone. C. de*

quadr. præscr. sed eas res, quæ
 pertinent ad patrimonium toti-
 us Reip., quæ non nisi consen-
 tientibus subditis alienari pos-
 sunt, quamvis etiam in rebus
 fiscalibus alienandis meritò cir-
 cumspectum esse Principem de-
 ceat, ad exemplum Elisabethæ,
 Anglorum Reginae, quæ mortuo
 Comite Lycestriæ, cui alioquin
 plurimum semper tribuebat,
 cum in ære Reginae esset, bona
 ejus auctione divendi iussit. Nec
 illa cætera facilis ærario debita
 vix unquam remisit. *Cambd. part.*
3. hist. Elisab. pag. 537. Hinc
 scitè *Plinius* in *Panegyrico*: Af-
 fuecat Imper. cum imperio cal-
 culum ponere, sic exeat, sic re-
 deat, tanquam rationem reddi-
 turus, edicat, quid absumserit.
 Ita fiet ut non absumat, quod
 pudeat dicere: præterea futuri
 Principes velint, nolint, sciant.
 Status enim absquè ærario, cor-
 pus est sine nervis, & quemad-

mod
 vuls
 cillit
 rariu
 dine
 statu
 nec
 gau
 4. n
 veru
 qua
 toti
 Prin
 ven
 qua
 dici
 les
 ref
 an.
 Bur
 Co
 arin
 ma
 cos
 ta
 qu

modum corpus maximas convulsiones per nervorum imbecillitates patitur: ita quoque ærarium, quotiescunque suo ordine & certis regulis non stat, status languescit nec successu, nec liberis suis functionibus gaudet. *Petr. Matth. l. 4. narr. 4. n. 1.* Id quòd tantò magis verum est de ærario totius Reip. quantò magis omninò ærarium totius Reip. quàm proprium Principis patrimoniũ esse convenit, quod sanè augeri ne utiquam per immodicas & præjudiciosas alienationes potest. Tales itaque alienationes nullo jure subsistunt, cùm, ut apud *Thuan. l. 63.* rectè monet Æmarius Burdegalensis Præses, bonorum Coronæ tantum sit Usufructuarius, proprietate penes regnum manente. Hinc apud Historicos Carolus IV. Imp. ob vendita Electoribus privilegia, ejusquè filius Venceslaus ob profu-

las largitiones malè audiunt.
 dùm *Krantzius in Saxon. lib. 10.*
c. 4. ita fatur: Aliquantò me-
 liùs actum Imperio, si nequè pa-
 ter, nequè filius in eo fuissent.
 Nam pater largitionibus, ut fi-
 lium extolleret, filius ignavis
 dissimulationibus imperium at-
 trivère, inquè eam tenuitatem,
 què nunc cernitur, adduxère.
 Nec tantum malè audiunt, sed
 & Venceslaus, ob tantam pro-
 fusionem, cujus non minima est,
 quòd acceptis aliquot vini Bac-
 characensis cadis, Noribergen-
 ses juramento fidelitatis absol-
 verit, *Krantzius lib. 10. Vandal.*
c. 1. imperio motus est. Simi-
 liter Angli irritam habuerunt
 regni traditionem, quam Johan-
 nes Pandulpho Nuntio Pontifi-
 cio fecerat, inconsultis proceri-
 bus. *Smith. l. 1. de Rep. Anglor.*
c. 9. Scoti excusserunt Jugum
 Anglicum, quod invitis induxe-
 rat Joannes Balliolus. *Buchanan.*
hist.

hist. Scot. in Balliolo. Ludovicum itidem XI. Galliarum Regem maximas facultates & opes donasse Ecclesiæ, verum illas donationes, quoniam immodicæ fuerunt, vim nullam obtinuisse, scribit *Comin. l. 9. Comment.* Nec immeritò accusatus fuit Ludovicus Rex Poloniæ & Ungariæ, quod Uladislaò Duci Opaliensium ex Regiis terris addixisset Ostreszowiensem & Velunensem tractû, Olstinsenſe, Czepicienſe, Bobolicenſe, territoria in Cracoviensi, & Breznicienſe in Siradienſi ditione. *Cromer. de reb. Polon. lib. 13. in histor. Ludov.* qui etiam, procul dubio, ex hac ratione An. 1375. sub sacramento fidei promisit, se nullas terras coronæ, nec partes earum ab ipsa alienare aut minuere, sed augere & recuperare velle. *Herburt. in Stat. tit. Alienatio p. 15. ¶ tit. privilegium. pag. 338.* quorſum etiam Jura-
E 5 men-

mentum solenne electorum Regum Poloniæ tendit. *Herburt. ibidem in tit. juramentorum formula pag. 245.* Et hoc quidem tantò magis præcavendum, quia & lege divina donum de bonis & hæreditate Regni servorum uni à Rege collatum, tantùm ad annum remissionis durat, quo adveniente, reverti donum hoc ad Principem debere DEUS sanxit, apud *Ezech. c. 46. vers. 16. & 17.* Ast non tantùm dominiorum, provinciarumquè alienatio in præjudicium Regni & Reip. cadit, adeoque de Jure invalida est: Sed & si subditi *inviti alienentur aut transferantur*, sive id fiat vivente adhuc Principe, sive eo mortuo, per pactum successionis, nisi fortè in æqualem Dominum aut majorem fiat alienatio, *lib. 2. feud. tit. de leg. Corrad. cap. 1.* Subditi namquè magni Principis non libenter mutant dominationem, & se
 pu-

8
 puta
 pote
 auto
 bito
 quàn
 cipis
 bitri
 accip
 pop
 um
 ter p
 emp
 Imp
 subj
 narr
 mic
 Boh
 132
 Du
 cin
 Do
 Reg
 tun
 teri
 lace
 pop

putant feliciores sub sceptro potentis Monarchæ, cujus sola autoritas continet amicos in debito, & inimicos in timore, quàm sub regimine minoris Principis, qui semper potentioris arbitrio expositus est, ut perdix accipitris prædæ. Eâ de causâ populi regnorum patrimonialium domus Austriacæ difficulter poterant persuaderi, ut exempti ab obedientiâ Caroli V. Imp. se Ferdinando fratri ejus subjicerent. *Petr. Matth. lib. 1. narr. 5. n. 13.* Et populus Bohemicus, posteaquam Joannes Bohemiæ Rex circa ann. Christi 1323. Regnum hoc cum Baviaræ Ducatu permutasset, ut tantò vicinior Lucemburgæ, cujus erat Dominus Hæreditarius, esset, in Regem consurrexit, tantusque tumultus exortus, ut non nisi literis, eo nomine conscriptis, dilaceratis, Rex in gratiam cum populo per Imperatorem Ludo-

vicum reduci potuerit. *Dubravius lib. 20. hist. Bohem.* Sive autem inæqualem, sive potentiorrem Dominum alienatio & translatio, seu & permutatio subditorum & Vasallorum fiat, omninò prævio consensu eorum id fieri necesse est, tum quia ingenuorum & liberorum hominum; quales sunt plurimi subditorum commercium non est, *l. 103. ff. de V. O.* tum quia aliàs satis grave iis esse consuevit, novum Dominum adsciscere, & ut eleganter *Gramondus lib. 14. pag. 626.* loquitur; Implacita est quacunquè ex parte dominatio recens; antiqua manent & feruntur faciliùs, quia mole suâ subsistunt; subjectisque populis pars libertatis videri solet, à suorum aliquo gubernari. *Strad. Decad. 1. lib. 1. de bell. Belg.* & suis quinquè parent placidiùs, etiam cum is præest, qui magis timeri potest.

Curt.

Curt. lib. 6. c. 3. Hinc cùm Anno 1579. Henricus Portugallia Rex clàm cum Philippo Hispania Rege de successione transgisset, Didacus Salena à Civitate Olissipona inter alios delectus, Regem interpellavit, quasi de jure successionis inconsulto populo transegisset, & cùm Rex respondisset, id captum populi superare, convenienter replicavit; Atqui non de captu populi ita judicabas, cùm te in Regem assumpsit. *Thuan. lib. 69.* Hæc de hac controversiâ, an & in quantum Principes regna & ditiones suas minuere vel alienare queant, dixisse, pro exigentiâ subjectæ materiæ, sufficiat. Plura qui volet, consulat inter alios *Hottoman. quæst. illustr. 1. Arnisaum lib. 3. de jur. Majest. c. 1. n. 10. & seqq. Bronchorst. cent. 4. assert. 87. Lather. de censu, l. 1. c. 16. & 17.*

Quintum priori conforme est,

E 7

v.
Nec u.
ne utilitatē

publicæ
damnoſa.

ne vid. privilegium vergat contra
utilitatem publicam, cùm teste
Cicerone 3. de ll. Salus populi
suprema lex fit, & prout Elifa-
betha Angliæ Regina Anno
1589. Legatis Civitatum Han-
ſeaticarum respondebat, privi-
legia, quæ sunt leges privatae,
contra publicam salutem, quæ
lex suprema, non afferenda.
Cambden. part. 4. hist. Elisab. p.
553. Adeò, ut qui juravit, se
promoturum utilitatem publi-
cam, & nihilominùs à superiori
privilegium contra utilitatem
publicam impetraverit, perjurus
esse reputetur, juxta Modestin.
Pistor. part. 3. illustr. quæst. 121.
Carpzovium in jurisprud. forensi
part. 2. constit. 6. def. 3. Et hùc
pertinet titulus *C. si contra jus vel
utilit. pnb. fuerit aliquid postul.
vel impetr.* Contra *Ius*, intelli-
ge divinum, naturale, gentium,
nam, ut suprâ sæpiùs dictum,
primâ specie privilegia juri
com-

com
quan
rien
supp
priè
tant
gene
limi
iniqu
pop
regu
priv
si fo
dent
verà
ftan
ti &
dum
ne p
Hab
quo
quo
pub
An
com
dò c

communi contrariari videntur, quamvis reipsâ non tam contrariantur, nec destruant jus, quàm suppleant & perficiant, ac propriè non contra jus dentur, sed tantùm contra tenorem legis generalis, quæ nisi suas habeat limitationes, etiam quandoquè iniqua esse potest. Salus itaque populi illa unica est norma & regula, ad quam omnes leges ac privilegia collimare debent, quæ si fortè cuiquam quandoquè videntur esse noxia, aut etiam reverà uni vel alteri iniqua existant, si tamen toti Universitati & Reipub. expediant, donandum aliquid, etiam cum læsione privatorum utilitati publicæ. Habet namquè aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publicâ rependitur. *Tacit. l. 14. Annal.* Nulla etiam lex satis commoda omnibus est, id modò quæritur, si majori parti & in sum-

summam prodest, dicente Por-
 tio Catone apud *Liv. lib. 34.*
c. 7. In summa, ut tutela, sic
 procuratio Reipubl. (& quæ ad
 procuracionem pertinent) ad u-
 tilitatem eorum, qui commissi
 sunt, non ad eorum, quibus
 commissum est, gerenda est.
 Hinc Imp. *l. 1. C. de emend. Cod.*
 Cordi nobis est, ait, semper ani-
 mi nostri curas, rebus commu-
 nibus avidissimè impendere, &
in l. un. §. 14. C. de cad. tollend.
 quod communiter omnibus
 prodest, hoc privatæ nostræ uti-
 litati præferendum censemus,
 nostrum esse proprium, subje-
 ctorum commodum imperiali-
 ter existimantes. Et Pomponius
l. 2. §. novissimè de O. I. propte-
 rea, inquit, Imperatori conces-
 sam omnem potestatem, ut per
 eum omnibus consuleretur.
 Quapropter meritò laudatur il-
 le Jacobi VI. Angliæ Regis An-
 no 1604, ad Ordines Regni ha-
 bitus

bitus
 bat
 quos
 impe
 se Re
 capu
 corp
 confi
 pter
 gem
 mult
 creat
 se, n
 tare
 mari
 Deo
 publi
 felici
 felici
 tium
 vitâ
 ri rat
 Ord
 tract
 deba
 Prin
 tione

bitus sermo, ubi inter alia dicebat; si singulorum hominum, quos Deus dominationi suæ & imperio subjecit, ratio habeatur, se Regem & Rectorem esse & caput; Caput autem propter corpus, quod illi simul juncti constituunt, non corpus propter caput creatum esse, & Regem propter multitudinem, non multitudinem propter Regem creatum. Proinde non pudere se, nequè non honorificum putare, quod supremus sit ac primarius totius Reipubl. servus à Deo constitutus, eoquè fieri, ut publicam suorum populorum felicitatem, maximam suam felicitatem & præcipuum solatium atquè ornamentum in hac vitâ reputet. *Thuan. lib. 131.* Pari ratione Elisabetha An. 1595. Ordinibus Belgii, certum contractum allegantibus, respondebat: Omnes Contractus cum Principe admittere interpretationem bonæ fidei, nequè Prin-

cipem teneri ex suo contractu,
 quando ex justâ causâ contra-
 ctus cedit in publicum detri-
 mentum. *Cambden. part. 4. hist. Elisab. pag. 649.* Item Hanseaticis Legatis privilegia antiquata conquerentibus: Rempub. consistere non posse, si privilegia in Reip. detrimentum concessa, admittantur: & justis de causis olim antiquata ad preces cujuscumque denuò revocentur. *Ibid. pag. 651.* Ob hanc utilitatem publicam, quæ in privilegiis consideranda venit, valent statuta alienationem immobilium in Ecclesiasticos prohibentia. *Gail. lib. 2. observ. 32. n. 5.* & Princeps bona privatorum auferre, contractusquæ per ipsos initos rescindere, vel ipsemet, rejectis iis, adimplere potest, cum utilitas publica præferenda sit privatorum contractibus, *l. 3. C. de princip. lib. 12.* Nec minùs ex hac ratione privilegi-

&
 legim
 neru
 inval
 poss. l
 videat
 l. 2.
 Vafq
 c. 1.
 c. 1.
 S
 præju
 am t
 injur
 tribu
 l. 4.
 adm
 blic
 tet p
 jusq
 cept
 peri
 10.
 Hin
 Rex
 Mu
 vol

¶ *Requistis Privilegiorum.* 115

legium in fraudem civilium munerum obtentum, odiosum & invalidum est, *l. 2. C. qui mill. poss. lib. 12.* Quâ de re pluribus videatur *inf. cap. 15. tùm & Gail. l. 2. obs. 56. Mynsing. 5. obs. 95. Vasq. part. 2. controuv. illustr. l. 1. c. 1. Arnif. de jur. Maj. lib. 3. c. 1.*

Sextum est, ne privilegia in præjudicium, damnum, vel injuriam tertii vergant; nequè enim in injuriam cujuspiam beneficia tribuere moris est Imperatoris, *l. 4. C. de emancip. lib.* Quemadmodum quoties aliquid in publico fieri permittitur, ita oportet permitti, ut sine injuriâ cujusquam fiat, & ita solet Princeps, quotiens aliquid novi operis petitur, permittere, *l. 2. §. 10. & 16. ff. ne quid in loc. pub.* Hinc Theodoricus Gothorum Rex, apud *Cassiod. 2. var. 17.* ait: Munificentiam nostram nulli volumus extare damnosam, ne, quod

VI.
Nec in
damnū
& inju-
riam
tertii
vergen-
tia-

quod alteri tribuitur, alterius dispendiis applicetur; & ante omnia animadvertendum est, ne conventio in aliâ re facta, aut cum alia persona in alia re, aliavè persona noceat. *l. 27. §. 4. ff. de pact.* Indequè Prusix, Bithynix Regi, agrum de Antiocho Rege captum, quem Galli possiderent, sibi dari petenti, Romani responderunt: si datus Gallis esset, ignoscere Prusiam debere, si ex nullius injuria quicquam ei datum vellet populus Romanus, nec quod datur quidem gratum esse donum posse, quod eum, qui det, ubi vellet, ablaturum esse sciat. *Liv. l. 45. c. 122.* Sunt, qui privilegium in præjudicium tertii concessum subsistere volunt, si habeat annexas clausulas, *motu proprio, ex certâ scientiâ, non obstante.* *Tapia ad rubr. de const. Princip. c. 4. n. 107.* Sed repugnat huic sententiæ *l. 5. C. de locat.*

pradi-

6
pradi
odo
tis ve
mus
petu
rantu
ri ear
vel p
tione
tame
legiu
conc
tione.
rebu
pote
non
i: e.
ping
in p
hære
lutar
ea, q
Cod.
varr
cap.
telli

*prædior. lib. 11. ubi Imp̃p. Theodosius & Valentinianus, disertis verbis vetant, ne prædia domus Augustalis alicui jure perpetuo collata, ad alium transferantur, ne quidem, etiamsi alteri eam Imperator vel exoratus, vel sponte donaverit sive adnotatione, sive pragmatica. Recipit tamen regula hæc, quòd privilegium in præjudicium tertii concedi non possit, suas limitationes, & primo intelligi debet de rebus, quæ jam sunt in nostrâ potestate, i. e. in jure quæsito, non autem in jure quærendo, i. e. cujus aliqua utcunquè propinqua spes est. Sic legitimatio in præjudicium legitimorum hæredum, ante aditam & devolutam hereditatem licita est, per ea, quæ habent *Sichard. ad d. tit. Cod. de secund. nupt. n. 18. & Covarr. de matrim. part. 2. tom. 1. cap. 8. §. 9. n. 11. Secundò intelligi debet de rebus, magni præ-**

Limitationes
regulæ,

præjudicii tantum, & tertio sub hac conditione, nisi necessitas & utilitas publica aliud quid suadeant, quarum imprimis tanta est potentia, uti jam antea partim dictum est, partim adhuc dicetur, uti vix illis sese ingerentibus, vel etiam obtrudentibus, stricta juris debiti norma observari possit. Inde est, quod quamvis adversus libertatem minori à Prætoribus subvenire impossibile sit, *l. 9. §. ult. ff. de minor.* id tamen fieri queat, si ex magnâ causâ hoc ipsum à Principe fuerit consecutus, *l. 10. Eod.* Item quod ædificia, aliaquæ opera mœnibus vel publicis operibus ita sociata, ut ex his incendium vel insidias vicinitas reformidet, aut angustentur spatia platearum, vel minuatur porticibus latitudo, dirui ac prosternei possint. *l. 14. C. de oper. publ.* quamvis id sine jactura & incommodo ejus, ad quem ædificia

cia il
Fina
tand
cessu
litate
lud,
rum
lend
aliqu
restit
suo l
Sa
inaqu
tos in
immu
narii
nim
priva
blici
bere
tur i
priva
aut e
ter c
gibu
fion

cia illa pertinent fieri nequeat. Finaliter tamen hoc in casu notandum, quòd cessante illâ necessitate publicâ, vel etiam utilitate publica, præjudicium illud, dummodò id fieri per rerum naturam queat, meritò tollendum, & is, cui præjudiciosi aliquid contigit, in integrum restituendus sit, qua de re infra suo loco pluribus tractabitur.

Septimum est, ne privilegium inæqualitatem nimiam inter subditos importet, aut exemptionem & immunitatem à muneribus ordinariis peculiarem; Omnium enim rerum ac personarum, quæ privatam degunt vitam in publicis functionibus, æquam debere esse inspectionem præcipitur in l. 6. C. de vectig. & talia privilegia, quæ inæqualitatem aut exemptionem privatam inter cives irrogant, qui iisdem legibus atquè aère utuntur, occasionem ac velut ansam ad dis-

VII.
Non inæqualitatem & exemptionem impotentia.

cordias & seditiones civiles ministrant, similes Florentinæ illæ Alborum à Nigris distinctionis. *Petr. Matth. lib. 6. Narrat. 1. n. 3.* id quod Lugdunensium, ex privilegio quodam à Rege Henrico IV. ipsis indulto, quo non nisi originariis aditus ad honores Magistratus & Scabinatus patebat, orta discordia, verum esse probavit, quâ de re idem *Petr. Matth. d. 1.* legi potest. Quocirca uti Sol & dies omnibus in commune est, ita decet Principem commoda & incommoda civium non divellere, sed omnes eadem æquitate continere. Quo ipso Stephanus Bathorius Poloniæ Rex motus, Anno 1578. Armenos Leopolienses cæteris civibus, eorum ex antiquis privilegiis non parem rationem habentibus decreto eo nomine prolato exæquavit. *Ioan. Demetr. Sulic. in comm. rer. Polon. pag. 108.*
 Quam-

Quantas, q
 muni
 rum
 ritur
 adeò
 prohibi
 tutio
 divin
 vino
 beat,
præf.
 facilit
 atur,
 10. id
 obus
 quan
 26. S
 aliam
 certu
 rum
 5. &
ber. v.
pr. In.
 Et fal
 omni

Quamvis autem ista inæqualitas, quæ ex speciali quadam immunitate, ac munerum & onerum exceptione potissimum oritur, magno studio sit vitanda, adeò quidem ut etiam legibus prohibeatur, & nec per constitutionem pragmaticam, nec per divinam annotationem, nec per divino oraculo quis excusari debeat, *l. 2. C. de quibus mun. vel prest. nem. se excus. lic. lib. 10.* quo faciliùs obsequiis publicis pareatur, *l. fin. C. de mun. patrim. lib. 10.* id tamen potissimum in duobus casibus fallit, videlicet, quando ob benè merita *arg. l. 26. §. 1. ff. de milit. test.* vel ob aliam justam causam, E. G. certum & definitum liberorum numerum conceditur, *l. 3. §. 6. C. de his qui num. liber. vel pau. excus. meruer. lib. 10. pr. Instit. de excus. tut. vel curat.* Et falluntur, qui per privilegia omnia inæqualitatem inter ci-

ves constitui existimant, cùm
 non magis inæqualitatem im-
 portant, quàm quòd alius laxi-
 ore veste, quàm alius tegatur.
 Æquitas namquè causæ, si nihil
 aliud, tollit inæqualitatem ju-
 ris, ut licet peculiariter quosdam
 juvent præ aliis, omnibus tamen
 competere videantur, si inci-
 dant in eam causam, propter
 quam quodq; privilegium pro-
 ditum est. *Conrad. Lag. part. 6.*
method. jur. civil. c. 1. Præterea
 distinguendum omninò in hac
 materiâ erit, utrum immunitas
 & exemptio solam Principis Ca-
 meram, ejusquè patrimoniales
 redditus, an verò Reip. totius
 proventus respiciat & afficiat.
 Sin illas, potest Princeps facili-
 or esse in concedendâ immuni-
 tate, in præstatione alicujus o-
 neris & muneris, cùm proprium
 tantùm patrimonium tangat,
 quod cùm imminuit, suo da-
 mino facit, non Reipublicæ; sin
 has,

Distin-
 ctio re-
 gula,

& K
 has, m
 tineb
 sit ma
 conce
 publ.
 quicq
 Et hin
 statua
 num
 immu
 lectis
 testati
 quia
 toti p
 fusiùs
 c. 16.
 ca han
 dum
 eiter &
 mune
 traord
 de rea
 genda
 mun.
 muner
 de va

has, nulla immunitas facile obtinebit, cum Respubl. Principe sit major, adeoque Princeps per concessionem immunitatis Reipubl. uti majori, derogare, & quicquam subtrahere nequeat. Et hinc est, quod communiter statuatur, Imperatorem Romanum non posse quenquam per immunitatem concessam à collectis Turcicis vi supremæ potestatis liberare & absolvere, quia nimirum talis immunitas toti præjudicat imperio, prout fusiùs id deducit *Klock. de contrib. c. 16. n. 39. & seq.* Deniquè circa hanc materiam obiter notandum est, immunitatem simpliciter & indefinitè concessam de muneribus personalibus & extraordinariis tantum, non verò de realibus & ordinariis intelligendam esse. *l. fin. §. pen. ff. de mun. & honor. l. 3. & 9. C. de muner. patrim. lib. 10. l. un. C. de vacat. muner. lib. 10. l. 8.*

S. 3. de vacat. & excus. muner.

VIII. *Octavum est, ne super lite pendente, nec contra rem judicatam privilegium ullum detur, taliter enim impetratum privilegium nullum est, l. I. & ult. C. ut lit. pend. nulli lic. suppl. Novell. 113. c. I. c. fin. extr. ut lit. pend. nihil innov. c. II. §. licet autem extr. de arbitr. & cum res judicata pro veritate habeatur, l. 107. ff. de R. I. veritatem destruere videtur, qui contra rem judicatam quicquam indulget.*

IX. *Nonum est, ne per Privilegium monopolium constituatur, quippe legibus aliis antiquis & novis damnatum, ac suâ naturâ omnibus meritò exosum, l. un. C. de monopol. Est autem duplex potissimum monopolii genus; Alterum, quod subditi sive ex indulgentiâ superiorum habent, sive sibi de facto sumunt; Alterum; quod Resp. vel Princeps sibi*

ven-

ven
est,
di po
su,
præ
re al
niofi
tum
cessi
pub
quò
tent
ansa
poli
ejus
nec
esse
xum
tum
edo
què
cen
què
Belg
fimi
rida

vendicat. Illud omninò vetitum est, nullaquè Juris specie defendi potest, excepto unico illo casu, si cuipiam monopolii Jus, præmii loco, propter singulare aliquod artificium, vel ingeniosum ac Reip. utile inventum, concessum sit, quæ concessio monopolii per utilitatem publicam excusatur, quippe quòd hoc modo ingenia excitentur, artiumquè incrementis anfa detur, ac non tam monopolii, quàm præmiorum nomen ejusmodi indulta mereantur, nec perpetua, sed temporaria esse soleant, adeò ut post effluxum illud, in privilegio definitum tempus, cuivis artem illam edocto, eandem non minùs, atquè illi antea privilegiario exercendi facultas concedatur. Hisquè artibus & privilegiis Belgæ omnes artes Mechanicas simul & mercaturam adeò floridam in suas provincias introduxe-

duxerunt. *Meteran. lib. 16. pag. 657.* Talia itaque privilegia de jure subsistunt, modò temporanea sint, non perpetua, & ad promovendum laudabile aliquod, non ludicrum, artificium tendant, quale erat illud cujusdam militis sub Alex. M. qui ex distante spatio grana ciceris missa in acum statim ac sine frustratione insertare poterat, quam artem uti arduam & rarificam omnibus deprædicantibus, Rex alio privilegio dignare noluit, quàm quod militem ejusdem leguminis modio donavit. *Petr. Crim. de honest. disc. l. 15. c. 2.* Si verò privilegia eò tendant, ut cuiquam concedatur commercium emendi, vendendi, permutandi, idquè reliquis civibus præripiatur, solius cum negotiantis lucro & reliquorum damno, diversa planè est ratio, & veri monopolii naturam sapit, adeoque pœnam potiùs legum, quàm

quà
Hic
Basi
lius,
mer
peru
pell
ex s
Rusi
resp
inhi
le in
com
um
bet
pau
con
3. h
lisa
160
lan
mon
resp
tila
mon
civi

quàm privilegium meretur. Hinc rectè Theodorus Joannis Basilidis Moscorum Tyranni filius, omnibus omnium gentium mercatoribus liberum aditum aperuit, sæpiusq; ab Anglis interpellatus, ut nulli præter Anglos ex societate illa septentrionalia Russiæ appellerent, iniquum esse, respondit, aliis permittere, aliis inhibere. Principibus Jus æquale inter Cives conservandum, & commercium, quod Jure gentium omnibus commune esse debet, non in monopolium & pauculorum privatam quæstum convertendum. *Cambden. part. 3. histor. Elisab. pag. 365.* Et Elisabetha Angliæ Regina Anno 1602. inferiori confessui in Parlamento gratias agenti, quòd monopolia irrita fecisset, benè respondit: Mente & manu mutilari velim, quàm hujusmodi monopoliorum privilegiis, quæ civibus sint fraudi, vel mentem

vel manum adponere. *Cambden. part. 4. histor. Elisab. pag. 823.*

E contra non minima causarum mutati Regii status in Anglia, detruncatique, inaudito exemplo, capitis Regii, fuit monopoliorum institutio, quam illi in suâ declaratione Adversarii exprobrant, uti videre est in *Theatro Tragico Londini p. 269. in fin.* Alterum genus monopolii, quod quandoquè Princeps vel Respub. sibi sumit, non omninò improbandum est, nisi in manifestam fraudem, damnum & præjudicium subditorum, nullâ justâ de causâ, exercentur, quale erat illud monopolium Ordinis Teutonici, qui undiquè frumentum conservabant, & vili pretio coëmebant, postea autem subditis summo pretio illud vendebant, quin & eò illos compellebant, ne aliunde sibi de frumento prospicerent, sed à solo Ordine Teutonico,

nico, eorumquè officialibus illud emerent, quæ quidem non minima causa fuit defectionis Prussiæ. *Schüz. lib. 4. fol. 138.* Simili ratione Alphonfus Rex Neapoleos suis æquè ac exteris se odiosissimum fecit, quòd olei ac frumenti quicquid in Apulia conereviffet, viliffimo pretio emeret, ut summâ egestate ac annonæ inopiâ arbitrio suo addiceret, non permittens Dominis suum vendere triticum & oleum, donec ipse distraxiffet. *Comin. 2. de bell. Neap.* Quòd si autem Resp. aliqua vel civitas, imò & Princeps justam causam monopolia exercendi habeant, videlicet publica pecuniarum indigentia id suadeat, & alii redditus defint, nerviquè status benè gerendi, administrandi & conservandi deficiant, vel etiam utilitas publica id exigat, eo in casu privilegium super monopoliis peti & dari posse, commu-

nis est Politicorum & Jctorum opinio. Sic Uratislavia vendicat sibi monopolium lupuli, Noriberga calcis, urbes aliæ cerevisiarum & vinorum exoticorum: Rex Galliæ salis. Ita Josephus in Ægypto monopolium in frumento vendendo exercuit. *Genes. 41.* Sic quoque Principes privilegii loco Rebuspubl. concedere jus molendinorum, quali Civitas Gedanensis etiam gaudet, item vini vendendi & exoticæ cerevisiæ, possunt; sibi solis autem jus cerevisiæ coquendæ, vendendæ, ut & in quibusvis pagis, oppidis & urbibus jus tabernarum, cauponarumque sumere, id quod Moscovitarum Dux facit. *Petrej. in histor. Moscov. part. 5. pag. 599.* nimium est, monopoliorumque omnium maximè improbandum.

X.
Nec à
pœnis
eximè-
tia fon-
tes.

*Decimum est, ne per privilegi-
um fontes à pœnis promeritis exi-
mantur.* Talia namque privile-
gia

gia repugnant juri divino, bonisque moribus, vergunt etiam in summum læsi & Reip. præjudicium, adeoque per supradicta nullo jure subsistunt, Juri divino repugnant, quod vult delicta capitalia capitaliter puniri. *Ne parcito oculus tuus ei, sed tolles reatum sanguinis innoxii ex Israël, ut bene sit tibi. Deuter. 19. v. 13.* Tollas malum è medio tui, & qui reliqui sunt, audientes timeant, neque pergant deinceps facere simile quicquam huic rei mala in medio tui. *Nec igitur parcito oculus tuus; vita pro vitâ, oculus pro oculo, dens pro dente, manus pro manu, pes pro pede esto. Ibid. vers. 19. 20.* ¶ 21. Bonis moribus etiam contrariantur, quia sic à Majoribus institutum, ut si anteissent delicta, pœnæ sequerentur. *Tiber. apud Tacit. lib. 3. annal.*

Et quid tristes querimonia,

Si non supplicio culpa reciditur.

Horat. 3. Odar. 24. De Reipub.

quoque præjudicio nulla est dubitatio, cum, ut habet *l. 14. C. de pœn.* non remitti pœnam facile, publicè interfit, ne ad maleficia temerè quisquam profiliat. Sanè lentus in suo dolore esset, Reip. injurias ne largiretur, dicebat Tiberio Atejus Capito, quamvis servili libertate, apud *Tacit. lib. 3. annal.* Congruit etiam bono & gravi Præfidi curare, ut pacata atquè quieta provincia sit, quam regit, quod non difficile obtinebit, si sollicitè agat, ut malis provincia hominibus careat, eosquè conquirat, *l. 13. ff. de offic. Præsid.* & injusta est misericordia fontium absolutio, facilitasquè veniæ incentivum tribuit delinquendi. *c. 33. caus. 23. quæst. 4.* In Repub. itaquè multò præstat beneficii, quàm maleficii immemorem esse. Bonus tantum modò segnior fit, ubi negligas, & malus improbior. *Salust. in*

Ingurth. & cum uni indulgetur indigno, plurimi ad prolapsionis contagium provocantur, *d. c. 33. quæst. 4.* Præjudicium denique læsæ partis in eo vertitur, quod justitia commutativa, ad quam etiam pœnæ pertinent, hac remissione pœnæ violatur, solatiumque quod ex fontium suppliciis cognatis & affinibus interemptorum nasci debebat *l. capitalium. 28. §. 15. ff. de pœnis.* intercipitur. Quæ omnia recto judicio examinans Casimirus Poloniæ Rex, laudabili statuto medelam adhibere voluit, quando vult: Quod citati pro quibuslibet criminibus & delictis in judicio Regio judicentur, & respondere teneantur, & convicti debitâ pœnâ punientur, etiam si super hoc privilegiis essent communiti, quæ, quantum ad hoc, ut perniciofa & erronea, cassat, irritat & revocat. *Herburt. in Stat. Regni Pol. tit. Privilegium. pag. 354.*

XI. *Vndecimum est, ut privilegia sint rara potius, quam nimia.* Nam parva munera diutina: locupletia non propria esse consueverunt. *Corn. Nep. in Thrasyb. & quod de omnibus vitæ nostræ actionibus iudicat Sostia, dùm ait:*

Id arbitror. Adprimè in vitâ esse utile, ut ne quid nimis. apud *Terent. in And. act. I. scen. I.* id non minùs de privilegiis nimis dici potest, quæ perinde ut multæ leges vitandæ sunt, præsertim cùm sub privilegiorum novitate semper aliquid lateat à solâ postea experientiâ detegendum. Ariadnæ filo ergò Principes labyrinthum privilegiorum ingressi, eodem duce egrediantur, & mancipatam aliis Remp. postliminio restituant, caveantquè, ne nimii sint privilegiarii, nec plus æquo petentes, ne suis indultis confidentes alios confiden-

dent
& M
cont
c. 5.
gior
vent
di vi
Sed
dire
fund
tiqu
vil. a
de co
Ex l
omu
refu
mili
tur
Prin
laq
fon
fun
& i
fero
opp
qua

dentius in jure suo molestant,
& Magistratum jurisdictionem
contemnant pariter & eludant,
c. 5. de privil. in 6. Sic privile-
giorum suorum honorem ser-
vent, ne eorum metas transgre-
di videantur, *c. 7. extr. de privil.*
Sed in peregrina transgressi re-
dire cogantur, ut servire possint
functionibus, quas imposuit an-
tiqua solennitas, *l. un. C. de pri-
vil. corp. Urb. Rom. lib. II. Klock.
de contribut. c. 16. n. 4. & seqq.*
Ex hac privilegiorum nimietate
omnes illi privilegiorum abusus
resultant, & realia, dum per fa-
milias & successiones tradun-
tur, paulatim eò tendant, ut
Principem non agnoscant, nul-
laquè in re ei obtemperent. Per-
sonalia minùs quidem diuturna
sunt, sed multitudine vilescunt,
& in quos nimia congeruntur,
ferè præcipitant, molequè suâ
opprimunt. Remunerativa,
quamvis minùs sunt invidiosa,
ingra-

ingratos tamen & superbos efficiunt. Conventionalia venditioni propria sunt, nec in beneficiis ponunt etiam, quæ parvo pretio compararunt, uti scribit *Adam. Contzen. l. 5. polit. c. 18. §. 5. & §. 6.* Nullâ magis re quam privilegiis contra Dominos servi, contra Patronos invalescunt Clientes, nec dicere vereor, omnium, quæ à ducentis annis principatus Germaniæ, civitatesquè concusserunt, seditionum originem à Privilegiis multis magnisq; manasse. Hinc *Fridericus Mmdanus l. 2. de mand. c. 13. n. 8.* exclamat. Utinam verò Divi mortalium Opt. Max. Imperatores nostri, non nimium privilegiorum indulgissent vel concessissent. Hac enim viâ tota Italia, Polonia & aliæ potentissimæ provinciæ Imperii Romani frenum excusserunt. Ut itaque omne incommodum evitetur, adsit modus, qui si absit,

fit, v
um
ambi
quid
exist
confi
vavit
glia
parc
miis
cuj
hon
largi
51.
E
gior
sint,
acqu
tra
blic
um
bor
que
ex p
nun
ced

fit, vertitur liberalitas in exitium. *Tacit. lib. 3. histor.* ita ut ambitio & jactantia & effusio & quidvis potiùs quàm liberalitas existimanda sit, cui ratio non constat. *Plin. in panegy.* Observavit id præ aliis Elisabetha Angliæ Regina laudatissima, quæ parca erat in dispensandis præmiis, & morosa in pensitandis cujusquè meritis, ne videlicet honos raritate carus, promiscuâ largitate vilesceret. *Thuan. lib. 51.*

Et hæc de requisitis privilegiorum ex parte dantis dicta sint, quæ tamen simul in tantum acquirentem tangunt, ut si contra Jus divinum, naturale, publicam utilitatem &c. privilegium impetret, sæpè incassum laboret, & vix diu eo gaudeat; quemadmodum requisita etiam ex parte acquirentis, de quibus nunc ordo est dicendi, ita concedentem officiunt, ut si illis ne-

gle-

glectis, nihilominus privilegia concedat, ea, tam ex parte sua, quam ejus, cui dantur, inutilia reddat & revocabilia.

Requisita ex parte acquirentis.

I.

Non per fraudem vel mendacium impetretur.

Requisitorum verò ex parte acquirentis primum est, ne per fraudem aut mendacium privilegium impetret, alioquin hoc sibi dictum esse sciat: Sciant omnes etiam si quid speciali quolibet rescripto per fraudem elicitum, impetratum sit, non valere, l. 2. C. de sum. Trinit. Cùm quicquid fraudandæ legis causâ adscriptum est, ipso jure rescindatur, l. 64. §. I. de condit. & demonstr. Fraus autem hæc & mendacium committi potest tam loquendo, si nimirum per falsas & subdolas rationes Princeps ad dandum privilegium inducatur; quam tacendo, si quid circa privilegii impetrationem subticeatur, quod fortè si dictum fuisset, Principem in diversam movere sententiam potuisset, per l. 2. si

contr.

contr. 19. *vel util. publ.* Omnia itaque sincerè à petente agantur, nisi privilegia taliter impetrata, nulla esse, aut in litibus per exceptionem sub & obreptionis refelli velit, quâ de re *Zangerus de except. part. 2. c. 17.* & *Oldendorp. in Enchir. except. pag. 45.* copiosè tractant. Universa enim rescripta sive in personam precantium, sive ad quemlibet Judicem manaverint, quæ vel adnotatio, vel quævis pragmatica sanctio nominentur, sub eâ conditione proferri præcipimus; si preces veritate nitantur, inquit *Imp. Zeno in l. 7. C. de divers. rescript.* Cum quo convenit *Jus Canonicum cap. 2. extr. de rescript.* ita quidem, ut, quamvis legibus consentaneum sacrum oraculum mendax precator attulerit, careat penitens impetratis, & si nimia mentientis inveniatur improbitas, etiam severitati sub-
jaceat

jaceat judicantis, l. 5. C. si contr.
 Ius vel util. publ. l. 29. ff. ad l.
 Cornel. de fals. Absonum quo-
 què est, legibusquè adversum,
 ut dolus suus cuiquam patrocini-
 netur, l. 1. ff. de dolo. Et, ut cum
 Theodorico Gothorum Rege
 loquar, justitiæ Principis con-
 venit, ut de indultis beneficiis,
 calumnias fieri non sinat, &
 quicquid pravâ interpretatione
 tegitur, fugatâ mendacii nube
 revelet. Cassiod. 3. var. 45.

II. Secundum est, ne per vim aut
 Nec per vim aut metum (quæ hoc sensu paria
 vim aut metum. sunt, quamvis alioquin diffe-
 rant, l. 1. 2. & 3. ff. quod met.
 caus. Lipsk. cent. 2. semis. obs. 9.
 n. 2. & 3.) privilegium extor-
 queatur. Nihil enim tam con-
 sensui est contrarium, quàm
 vis ac metus, quem comprobare
 contra bonos mores est, l. 116.
 ff. de R. I. ita ut à petitione o-
 mnino excludi debeat, qui non
 dubitavit invadere, quod pete-
 re

re debuisset, *l. un. §. fin. C. de suffrag.* nec juramentum metu extortum, sit obligatorium, *c. 58. de R. I. in 6.* Ac cùm in Principe rarum & propè insolitum sit, ut se putet obligatum, aut si putet, amet. *Plin. in panegy. Traj.* vitandum, ne vel exinde, quod voluntate solùm coacta, non consensu libero quicquam largitus fuerit, illud omne infringat & destruat, quod nobis fructuosum fore spondebamus, tantoquè majori odio erga subditos exardescat. Exemplo esse possunt Gandavenses, qui Anno circiter 1466. per seditionem & arma, varia, à Carolo Audace Burgundiæ Duce, sibi indulgeri postulabant, quibus etiam Dux, cùm aliud non posset, nequè satis in tuto versaretur, temporibus coactus, largitus est omnia, & quæ postulabant privilegia concessit. Devictis verò postea à Carolo Leodiis, cùm

pc-

pœnitentiâ proceres Urbis ducti, pedites omnes & vexilla & privilegia, & literas, quas Dux Gandavo discedens coactus fuerat ipsis largiri, ad eum Bruxellam deferrent, jussu Ducis, detracta sunt signa de hastis, & exhibitis privilegiis Cancellarius, quod præcipuum ex iis erat, & ad ipsorum administrationem pertinebat, abrogavit. *Comin. lib. 2. Comment.* Similiter & Paschalis Papa Romanus, Anno 1112. cum ut ait *Helmoldus*, an. præcedenti, extorto obsequio Henrico V. Imperatore privilegium super omnibus, quæ desideraverat anima ejus, dedisset, illud non privilegium, sed *prævi-*legium dici voluit, & anathemate rescindendum sanxit, *Helmold. in Chron. Slav. c. 41. Vrsperg. in vit. Henrici V.*

III. Tertium, ut virtute potius, meritisquæ, quam nudâ pecuniâ privilegia acquirantur. Quemadmodum

3
dum
rum
fic &
vende
tamen
ra, ne
Assim
norum
res fu
am, se
tectur
Bocca
Tacit
dum
Vitel
nem
tissim
cabat
habet
nequ
teran
niâ p
niat,
onen
tiæ lo
more

dum enim turpis illa est officiorum & dignitatum nundinatio; sic & privilegiorum emptio, etsi vendentem obliget, acquirenti tamen & ementi non est decora, nec gloriosa, nec diuturna. Assimulantur quippe tales honorum & privilegiorum emptores furibus, qui non per januam, sed fenestram, aut effractum tectum adyta eorum intrant. *Boccalin. cent. 1. relat. 77.* ac *Tacitus* stultissimos eos vocat, dum *lib. 3. histor.* scribit. Sub Vitellio vulgus ad magnitudinem beneficiorum aderat, stultissimus quisquè pecuniis mercabatur. Apud Sapientes cassa habebantur, quæ nequè dari, nequè accipi salvâ Republ. poterant. Quamvis autem pecuniâ privilegia emi non conveniat, si quid tamen in recognitionem aliqualem beneficii, gratiæ loco, in primis in Regni primordio detur, improbandum non

non est, prout in Galliâ usu venit, ubi in Regni ingressu pro realibus militiis, immunitatibus atquè aliis Regum benignitate concessis privilegiis, grandis pecunia corradi solet. *Thuan. lib. 3.* quamvis hodiè extinctis totâ passim Galliâ privilegiis, teste *Gramondo lib. 11. pag. 498.* nescio quid pecuniam expendere expediat. Henrico verò VII. Angliæ Regi, non sub Regni auspiciis, sed regni ejusdem Anno 17. Civitas Londini quinquè millia marcarum dedit pro confirmatione immunitatum suarum, quæ sanè res magis initiis Regis conveniebat, quàm temporibus ultimis. *Fr. Bacon. de Verulamio in histor. Henr. VII. pag. 361.* Interim privilegia talia ob causam & compensationem concessa, cùm quasi ex contractu descendant, à concedente infringi aut revocari, nisi ob eas causas, propter quas alia pri-

6
vileg
tur,
tract
priv
Q
privil
regula
tamen
præju
gium
de cu
tur.
ff. de
impe
Judic
contr
de re
tio p
causa
tet. C
nore
verfa
am al
possu
ita n
sariis

privilegia annullantur & revocantur, non possunt, cum ex contractu Princeps non minus ac privatus obligetur.

Quartum est, ut quamvis ad IV.
privilegii alicujus acquisitionem Citati-
regulariter citatio non requiratur, si one
tamen privilegium illud vergat in prævia:
præjudicium tertii, simile privilegium quocunque modo habentis, is, de cujus præjudicio agitur, adicitur. Sic enim *Ulpianus in l. 39. ff. de adopt. quid desideras, an impetrare debeas, æstimabunt Judices, adhibitis etiam his, qui contradicent, & Paulus l. 47. ff. de re judic. de unoquoque negotio presentibus omnibus, quos causa contingit, judicari oportet. Quemadmodum etiam minores, non nisi presentibus adversariis, vel si per contumaciam absint, restitutionem petere possunt, l. 13. in pr. ff. de mun. ita non nisi presentibus adversariis, iisque adcitatis, aut si con-*

G

tuma-

tumaciter se subducant, privilegium in ipsorum præjudicium peti & concedi potest; alioquin per exceptionem obreptionis ab adversâ parte facilè vis ejusdem & effectus enervabitur.

v.
Insinuatione
etiam
subsequenti.

Quintum est, ut privilegium adversus aliquem obtentum legitime eidem & judici ordinario istius loci insinuetur, ad hoc videlicet, ut ad pœnam privilegii agi possit. Cùm enim privilegia facti sint alieni, c. i. de constit. in 6. idè eorum ignorantia præsumitur & excusat. l. 2. ff. de jur. & fact. ignor. l. 5. §. 1. pro suo. nec quis eum in pœnam incurrisse asserere potest, qui privilegii notitiam non habuit, cùm pœnæ adversus scientes tantùm sint paratæ, l. fin. in fin. ff. de decret. ab ord. faciend. Privilegia itaque non possunt, nisi judici & parti insinuentur, per l. si quis divinam Cod. de aqueduct. lib. 11. & quidem intra annum c. 23. extr. de

re-

rescri-
tente
etiam
duor
tariu
qui in
dictio
Iudex
glos.
Iudic
suetu
proc
prius
parti
mera
fund
privi
Quò
insin
est, u
supp
retur
titian
dene
exen
vileg

rescript. coram Iudice competente, per *l. 23. C. de testam.* aut etiam parti in presentia Notarii, duorumque testium, vel per Notarium duosque testes, quippe qui in Voluntariis actibus jurisdictionem habere censetur, & *Iudex chartularius* appellatur, *glos. in l. 1. verb. tribunali. ff. de Indic.* Hinc est, quod de consuetudine Camerae Imperialis processus non decernatur, nisi prius privilegium Camerae & parti recte insinuatam sit. Camerae quidem, ut ostendatur de fundata jurisdictione; parti, ut privilegii scientiam habeat. Quod si privilegium Camerae insinuatam non sit, necessum est, ut ipsum Originale una cum supplicatione exhibeatur & narretur, privilegium ad partis notitiam pervenisse, alias processus denegantur, quia non creditur exemplis sive transumptis privilegiorum, si originale non sit

legitimè Camere præsentatum, referente *Gail. lib. 1. obs. 1. n. 9. 10. 11. 12. & 13.* idquè per *l. 3. C. de div. rescript.* In regno Poloniæ verò, terrisquè ei connexis ista privilegiorum insinuatione adedò strictè non requiritur, sed tùm demum sufficit insinuationem fieri, ubi quis in fraudem sui privilegii quenkam aliquid attentare vidit, aut res in controversiam venit, Judexquè & pars id ipsum requirat.

VI.
In scri-
pto vel
instru-
mento.

Sextum est, ut in scripto vel Instrumento privilegium obtineatur, non quòd scriptura sit de essentiâ privilegii, sed quòd non nisi taliter per scripturam probari queat. Scripturæ namquè generaliter fiunt, ut quod actum est, per eas faciliùs probari possit, l. 4. ff. de pignor. l. 4. ff. de fide inst. Facit etiam Scriptura ad perpetuitatem, quia, ut ait Sigismundus I. Poloniæ Rex in confirmatione Privilegiorũ ter-

ra-

rarum Prussiæ; omnium rerum, quæ sempiternæ memoriæ commendari debent, nulla certior firmitudo inveniri potest, quàm ut literis posteritati mandentur, cæteraquæ facta, quantumvis memorabilia, aliis modis æternitati dicata, aliquot quidem seculis durare possunt, sed quæ literis memoriæ conservantur, nunquam intereunt, ipsaquæ vetustate fiunt augustiora. *Iur. Municip. terrarum Pruss. pag. 47. & 48.* Hinc Petrus Kmitha Palatinus Cracoviensis in Conventu magno Leopoliensi ita fatur: Si Serenissimus Rex perpetuò nobis staret incolumis, verbum certè illius magnum & firmum nobis esset privilegium, Regis enim verbum non retrocedit. Sed quò incertius est omnis vita, eò, dum licet, benignissimam Regis in nos beneficentiam perpetuam esse cupere debemus. Quare his opus esse

censeo, ut eo pacto & cautiore nobis sint omnia, & optimi Principis liberalitas perpetuis illustretur monumentis. *Orichov. lib. 6. annal. pag. 167.* Experti idipsum, magno suo cum malo, sunt Ruppellenfes Anno 1619. quorum Deputatis, cum Dux Luinæus (qui tum gratiâ apud Regem omnes alios anteibat) nomine Regis grandia illis promitteret, urserunt quidem impensè Delegati Breviculum, verum obtestationibus Luinæi, fidem suam, & inviolatum secundum vocem & mandatum Regis promissum ipsis mille Breviculorum & ampliùs esse debere, protestantis, tandem cesserunt. Paulò pòst tamen vana fuit omnis hæc promissio, quin & inficiatione Luinæi refutata, ita ut & eorum, qui à causâ Protestantium alieni erant, risum excitârit & jocum, sarcasticè objicientium: Quâ ratione & arte factum

Etum esset, ut qui in re religionis verbum non scriptum averfarentur; Luinæo in re politicâ tam facilem & credulum assensum præbuisfent. *Georg. Revell. lib. 1. de Rupell. obs. & ded. pag. 18. & 27.* Utrum autem in chartis vel membranis, aut etiam æneis tabulis (quemadmodum illud libertatis, privilegium Judæis à Romanis concessum. *1. Maccab. 24. vers. 26. & Spirensium privilegia teste Lehmanno in Chron. Spir. lib. 4. c. 22.*) privilegium scriptum sit, nihil interest, quoad efficaciam, modò *subscriptionem* & sigillum concedentis habeat. Ea namquè tantummodo fas sit proferri vel dici rescripta, in quibuscunque judiciis, quæ in chartis sive membranis subnotatio nostræ subscriptionis impresserit, inquit Imp. Anastasius *l. 6. C. de div. rescript.* Et quod ad *sigilla* attinet, ea sanè horum tempo-

rum est ratio, ut annulis Principum quandoquè meritò plùs, quàm animis credatur, id quod alioquin deplorat *Seneca 3. de benef. c. 15.* Unde ea merè esse necessitatis nemo negaverit. Experti id ipsum quondam sunt *Ursinus, Virginius & Petiliani Comes,* qui cùm dicerent, quo tempore se dediderant, jam hominibus ab se missis fidem publicam non modò Regis ipsius ore concessam, verùm etiam in tabulas relatam, regisque manu subscriptam fuisse, idcirco nec convenire, nec justum esse fide Regia, suisquè actionibus propositis atquè expensis, ut captivi detinerentur; expeditè illis à Gallis responsum est: Fidem Regiam quamvis inchoatam, atquè à Rege subscriptam, perfectè tamen concessam intelligi non posse, nisi Regio signo obsignata, atque à libellorum magistris subscripta, eiquè, cujus
in-

interfit, tradita fuerit; Hunc esse in omnibus privilegiis & publicis monumentis vetustissimum cujusvis aulæ morem, id què in eum finem observari, ut si quid ab ore Principis, sive curis & negotiis occupati, sive parùm de re & negotio edocti fortè cecidisset, corrigi posset. *Gnicciard. lib. 2. histor.* Abstinentium autem tam concedentibus, quàm Privilegia acquirentibus, à *chartis vel membranis vacuis*, quippè quæ exigui solent esse roboris in privilegiorum materiâ. Testatur id Venceslaus Imperator, qui, inter alia, etiam propterea imperio motus est, quòd frequenter plures membranas nudas, rasantque, Imperatoriæ Majestatis sigillo munitas, pecuniâ vendiderit, in quibus postea ii, in quorum manus devenerunt, pro beneplacito scripserunt, quicquid collubitum fuit. *Goldast. in Reichs-*

satzungen. p. 158. Quæ tamen Pri-
 vilegia postea in judiciis impu-
 gnata & annullata fuerunt.
Speid. in not. jurid. hist. polit. lit. C.
verbo Carta bianca. De Carolo V.
 Imperatore quoquè memorant
 historix, illum, cum Peruanam
 Provinciam sibi reconciliatam
 cuperet, nobilem illum Gascam
 huic negotio destinasse, eiquè
 tales chartas candidas complu-
 res solo suo nomine signatas
 dedisse, eo consilio, ut quisquis
 privilegia, munera aut munia
 quælibet postularet, si ea in
 chartâ virgine exarasset, jam im-
 petrasset. Quo ipso rebelles a-
 nimi in gratiam reducti, & in
 gratitudinem redacti fuerunt.
Drexel. in Rhetor. cæl. lib. 1. c. 2.
 §. 4. Utut autem res hæc feli-
 citer ceciderit, in remotioribus
 etiam provinciis tales chartas
 adhiberi quandoquè necessum
 fit, præsertim ubi populus in
 Principem confurgit, & moram

rescriptorum aliorum impatienter fert, non tamen talium chartarum vigor diu durare solet, quemadmodum & Hispani, non attentis ullis talibus membranis, miserè postmodum Peruanos, & alios Indiarum incolas tractârunt, quâ de re Historicorum complurium pagellæ, & quidem vix cum indignatione leguntur. Quamvis autem in effectu privilegium in *membranâ* scriptum non magis operetur, quàm scriptum in *chartâ*, ad durationem tamen & exteriorem splendorem *præstat illud in pergameno scribi*, idquè antiquissimo planè more, & temporibus jam Alexand. Magn. usitato, qui privilegium aureis literis in pergameno conscriptum genti Sarmaticæ donavit, eoquè omnia ei regna & provincias inter Borysthenem & Istrum attribuit. *Sarnic. lib. 2. annal. pag. 44. ¶ seq.* Quo *idiomate* privilegia con-

scribantur, dummodò recepto, similiter non interest, & quamvis Rudolph. I. Imperator Anno 1274. in Comitibus Noribergensibus sanciverit, ut omnia mandata, edicta, privilegia, pacta dotalia, contractus, & id genus alia scripta & instrumenta in Teutonicâ linguâ, & non, ut antea, latinâ conciperentur. *Cammer. 3. hor. succis. 65. Goldast. tom. 1. const. Imp. pag. 311.* tamen & latino Idiomate conscripta tenent, & quemadmodum decreta olim Prætorum latinè interponi oportebat, *l. 48. ff. de re judic.* nunc verò id de jure & consuetudine sublatum est, ita contra in Germaniâ latinum scribere & obtinere privilegium licet. Secus se habet res apud Turcas, in quorum legibus est, ut quæ suæ linguæ verbis scripta non sunt, ea præstari non sit necesse. *Bembus lib. 4. hist. Vener. pag. 160.* Magis ex re est, ut nomen

me
pra
con
mar
sine
pre
4.
tine
pon
men
tem
hoc
gat
lib.
§. 3
1
priv
priv
ctu
fest
obf
tine

men concedentis, item locus & præsertim tempus privilegii concessi in privilegio exprimentur. Si qua enim beneficia sine die & consule fuerint deprehensa, autoritate carent, *l. 4. C. de div. rescript. & huc pertinet tot. tit. Novell. 47. ut præponatur nomen Imperatoris documentis, & ut latinis literis apertius tempora inscribantur.* In summâ hoc loco non negligendus vulgatus ille versus, quem *Specul. lib. 2. part. 1. de rescript. præsen. §. 3. n. 2.* habet :

*Forma, filum, stylum, litura,
membrana, sigillum :*

*Hæc sex falsata, dant scripta
valere pusillum.*

Septimum est, ne impetrentur VII. privilegia obscura. Induit quippe Sine obscuritate. privilegium naturam & effectum legis, quæ omninò manifesta esse debet, ne aliquid per obscuritatem in captionem obtineat, *c. 2. dist. 4.* Humano et-

iam generi consulitur, si obscuritas omnis & inextricabilis circuitus tollatur, compēdioso autem & dilucido remedio totum contineatur, *l. 7. C. de Cura. furios.* Hinc Imp. adeò severè inhibet, ne leges Imperatoriæ per siglorum (sive zifferarum) obscuritatem conscribantur, quin potiùs omnia & nomina prudentum, & tituli & librorum numeri per consequentias literarum, non per sigla, manifestentur, ita ut qui talem librum sibi paraverit, in quo sigla posita sunt, in qualemcunquè locum libri vel voluminis, scire debeat, inutilis esse Codicis Dominum, nequè enim licentia aperiunda est ex tali codice in iudicium aliquid recitare, qui in quacunquè sua parte siglorum habet malitias, librarius verò, qui eas inscribere ausus fuerit, pœnâ falsi plecti, libriquè æstimationem in duplum Domino præstare debet. *tit. de*

con
sp
nu
en
con
it,
mis
per
xim
sed
gra
cog
Imp
jura
tini
extr
jura
8. ff
ulla
de n
& p
nim
gia
regu
ri p
Sigi

confirm. Digestor. §. 22. Cui dispositioni inhærens Maximilianus I. Imp. in Comitibus Colonienfibus Anno 1512. publicâ constitutione Notariis prohibuit, scribere Instrumenta sua nimis abbreviata vel obscura, nec per ziferas, signa vel notas, maximè non omnibus cognitâs, sed ut scribant per literas integras, communes, legibiles & cognitâs. *Goldast. tom. I. const. Imp. pag. 433.* Quid? quòd de jure Canonico vitiosa etiam latinitas vitiet rescriptum, *c. II. extr. de rescript.* quod tamen de jure Civili secus se habet, per *l. 8. ff. de stat. hom.* nequè hodiè ullatenus attenditur, dummodò de mente & intentione rescripti & privilegii constet. Nequè enim Principes, à quibus Privilegia potissimùm promanant, sese regulis Grammaticorum alligari patiuntur, quin potius cum Sigismundo Imp. se suprâ leges Gram-

Grammaticales esse profiten-
tur, aut cum Bethleemo Gabo-
re, si quis illis Priscianum oppo-
nat, respondent: Quid curamus
Priscianum Grammaticum, qui
non metuimus Romanum Im-
peratorem, quemadmodum ille
in Concilio Constantiensi Car-
dinali Placentino, *Hortled. apud
Goldast. in polit. Imp. part. 12.
disc. 2. pag. 613.* Hic in nuptiis
suis Cassoviensibus confessus la-
tinitatem suam ridenti, respon-
disse fertur. *Bernh. Comen. in ex-
seq. pac. Pragens. pag. 33.*

VIII.
Non lu-
dicra,
inepta,
aut i-
gnomi-
niosa.

*Octavum est, ne petantur pri-
vilegia ludicra, inepta, ignominio-
sa, aut jam antea jure communi
concessa.* De his posterioribus ca-
pite præcedenti dictum, nec op-
pus est pluribus ad nauseam
crambem hanc recoquere. De
illis hoc monendum superest. ut
cùm privilegia beneficii natu-
ram sapiant, exinde etiam talia
esse conveniat, quæ vel ad di-
gni-

gnitatem nostram, vel emolumentum aliquid directè vel indirectè faciant. Quemadmodum enim juxta *Senecam lib. 1. de benef. c. 15.* non est beneficium, cui deest pars optima, datum esse judicio: sic non est privilegium, cui deest pars optima, impetratum esse judicio: & sicut gratè suscipienda est ordinatio, quæ dantem juvat, & accipientem, pro temporis necessitate, lætificat. *Cassiod. 3. var. 50.* ita repudianda illa ordinatio, quæ dantem nec juvat, nec accipientem lætificat. Hûc pertinet illa stolidi privilegiorum pristinorum vindicatio, quæ rusticis Curlandicis adscribitur, qui cum Ducissa Curlandiæ Anna, apud novum maritum, Gothardum Curlandiæ Ducem, intercessisset, ne rustici ita virgis more usitato cæderentur, sed ut vel carcere, vel poenâ pecuniariâ, more in Germaniâ consueto, puni-

punirentur, eique petitioni Dux
 annuisset, rusticorum verò fa-
 milia imperata ne utiquam face-
 re vellet, submissè rursus à Duce
 petierunt, ut istam consuetudi-
 nem jam abrogatam rursus in-
 troduceret, alias enim illos fa-
 miliam in officio continere non
 posse, additis his verbis: *Sie*
wolten gerne bey ihren alten Privilegien
verbleiben / h. e. malle se antiquis
suis privilegiis frui: id quod istis
verberonibus quoquè indultum
fuit. Godelm. de Magis. l. 2. c. 3.
n. 27. Nec minùs huc referri
 potest probrosa Camulensium
 juris assertio, qui Viatores tran-
 seuntes non tantùm magno
 gaudio suscipere, sed & ædes,
 imò & uxores, quousquè illic
 morentur, illis relinquere so-
 lent, seriò mandando, ut Via-
 toribus non minùs. quàm mari-
 tis obsequentes sint. Quod cùm
 Magut, Magnus Tartarorum
 Cham, aliquando inhiberet,
 missis

missis nunciis & muneribus Camulenses instantissimè, se circa antiquum hocce jus & privilegium à majoribus per manus quasi traditum, conservari petierunt, quibus tandem Magus respondit: Quia opprobrium honorem ducitis, habete opprobrium, ut optastis, petitioniquè illorum annuit. *Paul. Venet. lib.*

1. de regib. orient. c. 46. Inter inepta quoquè & ludicra privilegia referri possunt illa, Troglodytarum & Persarum Regum, quorum ille privilegio honoris mulsum solus bibit: Huic inebriari uno illo die, in quo sacrificant Mithræ, conceditur. *Alex. ab Alex. lib. 3. genial. dier. c. 11. Cresias lib. 10.* Item Frisionum, quibus Carolus Magn. hoc privilegium dedit, ut Frisiones militare valentes, & in substantia habentes, essent ad summitatem aurium circumtonsi. *Camer. 2. hor. subcis. c. 40.*

Vel

Vel Franconum, apud quos nemini nisi ex Regiâ stirpe nato, cesariem gestare licebat *Ioh. Til. l. 2. de reb. gall.* Vel etiam eorum, qui speciali privilegio rubra, flavâ, vel aliâ cerâ signandi facultatem, etiam quandoquè magno pretio, acquirunt, quemadmodum Ludov. XI. Gallix Rex magni beneficii loco Anno 1465. 28. Julii permisit Renato Neapoleos & Siciliæ Regi, ut flavâ cerâ uteretur. *Bodin. de Rep. lib. 1. c. ult.* Vel etiam eorum, qui ex speciali aliquo, indulto jus Magistros approbatos artis gladiatorix creandi, cum Francofurtensibus, habent. *Munster. in Cosmog. lib. 3. pag. 962.* Et nescio sanè, annon hûc referam illud Philippi II. Hispaniæ Regis Privilegium, qui cum Lusitanis, principio belli, si Anthonium relinquerent, aureos montes promiserat, subjugatâ tandem Portugalliâ, sub discessum suum

um
hoc
rico
bat
& si
legi
rent
N
petr
ta,
fima
TU
ST
EN
NE
enir
PR
tifo
pro
trita
cep
hon
aliis
non
lib.
nus

um Anno 1583. loco gratiæ hoc Lusitanis concessit, ut serico liberiùs quàm antea licebat, uti possent. *Thuan. lib. 78.* & si quæ sunt similia alia privilegia, passim in historiis occurrunt.

Nonum est, ut privilegia im- IX.
petrata benè quoque sint clausula- Benè
ta, quarum clausularum potiss- clausu-
sima & usitatissima sunt, MO- lata.
TU PROPRIO, NON OB-
STANTE, EX CERTA SCI-
ENTIA, & EX PLENITUDÍ-
NE POTESTATIS. Quamvis
enim clausula MOTU PRO-
PRIO, quæ à Romanis Pon-
tificibus ad omnes Principes
promanavit, adeò hodiè sit
trita, ut nullus ferè Prin-
ceps sit, qui eâ in tribuendis
honoribus ac beneficiis, aut
aliis privilegiis perrumpendis
non utatur. *Bodin. de Republ.*
lib. 3. cap. 4. Unde aliquate-
nus propter abusum vilescit;
ad

ad hoc tamen potissimum con-
 ducit, ne quid per importunas
 preces, aut mendacium impetra-
 tum esse dici possit, tùm &, ut
 contra concedentem, ne per ob-
 jectionem talem auferat, quòd
 semel gratiosè concessit, mili-
 tet. Clausula etiam hæc ejus est
 generis, ut non subintelligatur,
 sed tunc solùm motu proprio
 gratia fieri censeatur, cùm hoc
 expressè in eadem cautum fue-
 rit. *c. 23. de prob. in 6.* Non ta-
 men clausula hæc tollit affe-
 ctum intentionis seu personæ,
 licet tollat defectum subreptio-
 nis, nequè qualitates intrinse-
 cas, nequè jus tertii, nequè o-
 peratur, nisi in his, quæ sunt ju-
 re expressa, quæ omnia prolixè
 hic deducere, non est hujus loci.
 Clausula *Non obstante* deroga-
 toria est, & soli convenit Prin-
 cipi, non privato, non tamen
 tollit constitutionem juratam,
 nec capitula & pacta jurata, nec
 jus

6
 jus te
 pore
 legia
 tract
 alicu
 fas.
 idem
 fula
 requi
 tollit
 & qu
 quem
 fieri
 vè.
 quæ
 merc
 rum
 Princ
 entia
 jure
 fula,
 milit
 què s
 ne ju
 dum
 adver

jus tertii, nec privilegia in corpore juris clausa, nec ea privilegia, quæ transiverunt in contractum remuneratorium, vel alicui sunt concessa ad pias causas. Clausula *Ex certâ scientiâ*, idem ferè operatur, quod clausula *motu proprio*, & tùm demùm requiritur, quando Princeps tollit ea, quæ sunt Juris Civilis, & quando superior admittit aliquem ad actum, qui per illam fieri non potest, nisi dispensativè. Nil tamen operatur in his, quæ consistunt in facto, ut commercia & consuetudines locorum, secus in his, de quibus Princeps præsumitur habere scientiam, qualia sunt, quæ in jure consistunt. Denique clausula, *Ex plenitudine potestatis* similiter est derogatoria, eademquè sententia etiam injusta & sine judiciario ordine prolata, dummodò justitiæ naturali non adversetur, valida redditur, non

ta-

tamen operatur quicquam in his, quæ sunt facti, de quibus Princeps non est edoctus, quæ omnia fusiùs peti & videri possunt apud *Vital. Camban. & Cels. Hugon. de clausulis*, ut & *Tapiam ad Rubr. de Constit. Princip. cap. 2.* Nobis hæc levi penicillo, quantum ad subjectam materiam necessaria visa sunt, attigisse satis sit.

x. *Decimum est, ne privilegia qua petuntur, sint de genere prohibitorum, nec ambitiosa.* Impetratio namque rei, cujus est denegata petitio, per subreptionem obtenta esse reputatur, nihilquè prodest, *l. fin. C. si nupt. ex rescript. per l. 7. in princ. C. de palat. sacr. largit. lib. 12.* E. G. Alienatio rei Ecclesiasticæ immobilis frustra petitur, quia legibus prohibetur, *Novel. 7. cap. 1.* & frustra quis sub specie munificentie principalis bona fisco delata petit, quia nimirum contra legem

id

Non de genere prohibitorum, nec ambitiosa.

et R
id sper
ea reus
I. C. d
Nec in
prio co
petitor
tretur,
cipis li
impetr
l. ult.
dem e
legior
vilegia
non co
si igno
tant, v
ricus f
I. C. d
pisc. &
cerdot
tat, l.
superi
interm
advoca
quod
hoc m

id sperare ausus est, & propter-
ea reus violatæ legis habetur, l.
1. C. de petit. bon. sub. lib. 10.
Nec interest, utrum motu pro-
prio concedentium, vel urgente
petitore tale privilegium impe-
tretur, cùm etiam ultronea Prin-
cipis liberalitas, contra licitum
impetrata, non consolidet, per
l. ult. C. de Cohortal. lib. 12. Ea-
dem est ratio *ambitiosorum* privi-
legiorum, cùm quis sibi talia pri-
vilegia tribui affectet, quæ sibi
non convenire benè novit, aut
si ignorat, leges indulgeri ve-
tant, veluti, si quis curialis Cle-
ricus fuerit ordinatus, l. 12. §.
1. C. de SS. Eccles. l. 12. C. de E-
pisc. & Cler. aut ob delictum Sa-
cerdotio motus, rursus illud pe-
tat, l. 14. C. eod. aut per saltum
superiorem gradum, neglectis
intermediis captet, l. pen. C. de
advocat. div. jud. aut officium,
quod antè gessit, repetat, cum
hoc modo impetrata de jure cas-

sentur, *l. unic. C. de ambit.* Sic qui Reipublicæ causâ se abfuisse dicit, reverâ autem grandis commodi captandi causâ id egit, aut datâ operâ propter lucrum id affectavit, à privilegio eorum, qui Reipublicæ causâ absunt, revocatur. *l. 4. in fin. & l. 5. in princ. ff. ex quib. caus. major. in int. restit.* Et ad splendidioris privilegia militiæ, posteaquam continuo labore compleverint, eos venientes admittemus, inquit *Imp. Theodos. & Valent. l. 7. C. de divers. offic. lib. 12.* qui ea voto adipiscendi honoris crediderint expetenda, non eos qui studio exercendæ cupiditatis ambierint, ut velut in meliori fortuna positi, aut ea scelera, quæ priùs commisisse doceantur, occultent, aut alia deinceps possint impunè committere. In summâ ergò honoris augmentum non ambitione, sed labore ad unumquemquè convenit de-
venire

8
venir
12.

Q
phos,
capite
vilegio
mihi e
Fine V
ad qua
nas, ac
conve
aut na
prâ pr
subord
I. Bon
namqu
esse de
jure, q
inquit

§ *Requisitis Privilegiorum.* 171
venire, l. 14. C. de re milit. lib.
12.

C A P U T VII.

D E

Fine Privilegiorum.

Q UAMVIS finis interdum
cum forma, juxta Philoso-
phos, coincidat, peculiari tamen
capite, post formam, de fine Pri-
vilegiorum tractare propositum
mihi est, & quidem non tam de
Fine Ultimo, qui est *gloria Dei*,
ad quam omnes actiones huma-
nas, adeoque & privilegia dirigi
convenit, ne scilicet juri divino
aut nature adversentur, uti su-
prâ prolixius ostensû est; quàm
subordinato, qualis imprimis est.
I. *Bonum publicum.* In rebus
namquè novis evidens Utilitas
esse debet, ut recedatur ab eo
jure, quod diu æquum visum est,
inquit *Vlp. in l. 2. ff. de Const.*

Finis
ultimus
Privile-
giorum.

Finis
subor-
dinatus
I.

Bonum
publi-
cum,

H 2

Princ.

Princ. Promoyetur autem bonum publicum, cùm privilegiis & præmiis Civitates augetur, amplificantur, exornantur, alii exteri ad commercia invitantur, artes quæcunquè introducuntur, omniaquè eò diriguntur, ut omnibus privatis, quantum potis est, benè sit, quod cùm sit, Resp. non nisi florida esse potest. Ilium, inquit *Plinius lib. 5. hist. c. 30.* immune, unde omnis rerum claritas. Et quantum creverit Belgium artibus mechanicis, ibidem introductis, capite præcedenti relatum est. Libertas quippe dulcis est bolus, omnium palato arridens, etiam multis animalibus natura data, juxta *Tacit. lib. 4. hist.* soboles verò genuina privilegiorum, quam longè plures proci, atquè olim Penelopem, ambiunt. Hanc, ubi quis florere cernit, advolat, adeoque magno incremento omnes beat, quorum bene-

bene
potio
do ha
taten
i. his
publ
& im
meri
quib
datu
se, ul
hac i
mne
pend
utili
do n
tire,
titur
ferat
vileg
gere
enti
fcor
adh
quo
veri

bene-

beneficio libertas illa tribuitur, potiore etiam sæpè, cum lepidus habet vel periculosam libertatem quieto servitio. *Sallust. lib. 1. hist. in fragm.* Cùm ergò salus publica tantoperè per privilegia & immunitates promoveatur, meritò utiquè Principes, iiquè quibus privilegia concedere datum est, non omninò difficiles se, ubi id utilitas publica suadet, hac in parte præbere debent. Omnes enim decet gratanter impendere, quòd publicas vident utilitates posse respicere, quando necesse est hæc membra sentire, quod corporis summa sentitur. *Cassiod. 2. Var. 20.* Sed inferat fortè quis & opponat, *privilegia in utilitatem publicam vergere non posse, cùm usu & experientia compertum sit, inde discordias & turbas sæpè ortas, ac adhuc hodiè tantum sanguinis quotidie effundi, inimicitias foveri, hostilitates exerceri, livo-*

rem inter subditos gigni, animosque horum erga Dominos, & Dominorum erga illos exacerbari, ubi sæpè ex subditis, quam rem privatis quisquè utilitatibus odit, eam honesto violatorum privilegiorum nomine detestatur. *Strad. Decad. I. lib. 2. de bell. Belg. pag. 65.* Ast hæc & similia plurima, quæ in hunc sensum proferuntur, thesin hanc de utilitate publica ex privilegiis oboriente, non evertunt, cum non usum, sed abusum, non privilegia justa, sed injusta, iniqua, odiosa, nimia, exemptiva & inæqualitatem inter subditos constituentia, stringant. Dentur privilegia parca & circumspecta manu, juxta ea, quæ capitibus præcedentibus recensentur, requisita, & non poterit inde, nisi per accidens, ullum incommodum expectari. Quid, quod non Privilegiorum concessiones, sed eorundem callidæ par-

part
gna
cæd
à po
sole
lum
jura
rò M
qua
Mo
rum
qui
just
hon
Mo
Ma
gib
Imp
tun
quæ
juri
Hæ
mis
& à
ann
gan

partim, partim violentæ oppugnationes & everfiones, turbas, cædes, bella pariant, quæ cum à potentioribus sæpè attentari soleant, imputent sibi omne malum indè obveniens, non iis, qui jura sua defendunt. *Annon verò Monarchiis officiant privilegia, quærat quis? Respondeo: Non Monarcharum, sed Tyrannorum luminibus officiant, qui quidvis sibi licere volunt, nullâ justî vel injusti, honesti vel inhonesti habitâ ratione; è contra Monarcha judicat dignam esse Majestatem regnantis vocem, legibus se alligatum profiteri, & Imperio quid majus, Principatum legibus submittere, suamquè autoritatem de autoritate juris pendere, l. 4. Cod. de ll. Hæc modestiæ fama, nequè summis mortalibus spernenda est, & à Diis æstimatur. Tacit. lib. 5. annal. Videatur hac de re elegans discursus apud Boccalin.*

An Monarchiis officiant Privilegia?

An legibus
12. tabb
Privilegia da-
mnen-
tur?

cent. 2. relat. 6. & quæ de licentiâ Principum capite præcedenti dicta sunt. Superest illa objectio, quâ quidam legibus 12. tabb. privilegia omnia damnata esse dicunt. Ita enim habet lex 12. tabb. *Privilegia ne irroganto*: & *Cic. in Orat. pro domo sua*. Vetant leges sacratæ, vetant XII. tabulæ leges privatis hominibus irrogari, id est enim privilegium. Nemo unquam tulit, nihil est crudelius, nihil perniciosius, nihil quod minùs hæc civitas ferre possit. *Respondeo*, Privilegia duorum esse generum; *Aut enim pro privis & singulis hominibus rogantur*, i. e. in eorum favorem, ut scilicet vel præmium tribuant, vel pœnam remittant, & de hisce nec lex XII. tabb. nec *Cicero* loquitur; aut *contra singulos*, i. e. in odium vel fraudem & necem singulorum rogantur, & hoc lex XII. tabb. cum *Cicerone* intelligit ac damnat. Hinc lex XII. tabb.

tabb
rogan
do d
ctam
alioc
vore
quib
dubi
Lex
nis:
Q.
Imp
fimi
sus
class
2
Reg
ject
Cass
vile
dor
pud
bit
plen
rere
nos

tabb. non dicit : *Privilegia non roganto* : sed *ne irroganto*, quomodo dicimus, pœnam vel multam alicui irrogare; & plurima alioquin extant privilegia in favorem singulorum rogata, de quibus tamen, quin subsistant, dubium non est, verbi gratiâ; Lex Cornelia de reditu Ciceronis: Lex Callidia de revocatione Q. Metelli : Lex Manilia de Imperio Cn. Pompeji Magni, & similia, quæ prolixius *Rittershusius in comment. ad ll. XII. tabb. class. ult. cap. 2. recenset.*

2. *Decus & gloria Principis.* 2.

Regnantis enim est gloria, sub-
jectorum gloriosa tranquillitas. Decus & gloria Principis.
Cassiod. 2. var. 29. quæ per privilegia inducitur. Hinc Theodoricus Gothorum Rex ita apud *Cassiod. 3. var. 11.* rescribit : Optamus cunctum diem plenum beneficiis nostris excurrere. Optamus ubiquè præstita nostra radiare, quia in ævum vi-

vit, quod munificentia principalis indulserit. Quid enim tam egregium, quam fecisse felicem? & eousquē præstare, quo se erectus stupeat attigisse? Beneficia siquidem sunt, quæ Regna sublimant, & libertatis Dominus jugiter potest crescere, si sibi subjectos studeat ampliare: Cùm, ut ait *Imp. in l. ult. C. de donat. int. vir. & uxor.* nihil tam peculiare sit Imperialis Majestatis, quam humanitas, perquam solam Dei servatur imitatio. Nec exinde pauperior redditur Princeps, quia cujus est, quicquid est omnium, tantum ipse, quantum omnes habet. *Plin. in paneg.* Agnoscunt id leges Civiles, quæ pro tutanda gloriâ & decore Principis ea probant, quæ in aliis improbant. Inde est, quod donatio immodica regulariter inhibita, in Principe nunquam immodice aut immensa esse censeatur, per *l. donationes 26. C. de donat. inter vir.*

vir. & ux. Quia nimirum Principum, & aliqua potentia conspicuorum est, dum suppetit facultas & otium, ac quamdiu mentis atq; corporis sanitatem concedit DEUS, benefacere. *Comin. lib. 9.* nequè eorum facta semper sub regulam communis iudicii cadunt. *Sarnic. l. 4. annal. p. 180.*

3. *Stricti juris temperamen-*
tum. Cùm enim jus summum, ut loquitur Syrus apud *Terent. in Heaut. act. 4. scen. 5.* summa sit malitia, non potest in omnibus commodè stari stricti juris regulis, quin aliud quandoquè tempus, ætas, sexus, postulent. E. G. Pacta servari jura stricta volunt, nihilominus minoribus & foeminis privilegio quodam ab iisdem recedere licet, æquitate id suadente, ne videlicet lubricitate & imbecillitate nature capiantur, illorumquè simplicitas aliis sit lucrosa, ipsimet verò damnosa, id quod jam supra

3.
 Stricti
 juris
 temperamen-
 tum.

passim deductum, exemplisque
variis illustratum est. Rectè i-
taquè Claudius Imp. non sem-
per præscripta legum secutus,
duritiam lenitatemvè multa-
rum ex bono & æquo, modera-
tus est. *Sueton. in Claud. c. 14.*

4.
Meri-
torum
recom-
pen-
satio. &
ad be-
ne agē-
dum in-
vitatio.

4. *Meritorum aqua recompen-
satio & ad bene agendum invi-
tatio.* Duo hæc conjungo, quia
semet ipsa conjungunt, simul-
què ponunt & tollunt. Acuun-
tur quippe boni integritatis &
industriæ pretio, similes & diffi-
miles alliciuntur; nam præmia
bonorum malorumquè bonos
ac malos faciunt. Pauci adèd in-
genio valent, ut non turpe ho-
nestumquè, prout benè ac secus
cessit, expetant, fugiantvè; cæ-
teri ut laboris inertię, vigilantię
somnia, frugalitatis luxuriæ
merces datur, eadem ista, quibus
alios artibus assecutos vident,
consectantur, qualesquè sunt il-
li, tales etiam & videri volunt,
&

& d
pane
ritor
exili
di po
tur à
quin
litur
nibu
31. &
net A

St
M
Con
rum
imp
um,
bet.
I. M
rum
ves
virtu
Peri
quis
rum
quan

& dum volunt, fiunt. *Plin. in panegy.* Remuneratio ergo meritum, si negligatur, virtuti exilium quasi indicitur, nec credi potest virtus, quæ sequestratur à præmio. *Cassiod. 1. var. 3.* quin potius virtutibus fama tollitur, si earum merita in hominibus nesciantur. *Ibidem 8. var. 31.* & ut *Groschneusoler* benè monet *lib. 2. part. 3. c. 5.*

Grom sein / und Kunstreich ohne danck /
Macht verdroffen / zornig und krank.

Contra remuneratio meritum justum dominantis prodit imperium, nec deficit rei studium, quæ præmium largius habet. *Cassiod. 1. var. 42. & 2. var. 1.* Nutriunt siquidem præmiorum exempla virtutes, & ibi cives optimi fiunt, ubi præmia virtuti maxima proposita sunt. *Pericles apud Thucyd. lib. 2.* nec quisquam est, qui non ad morum summa nitatur ascendere, quando irremuneratum non re-

linquitur, quod conscientia teste laudatur. *Cassiod. 2. var. 16.* Agnovit hoc Theodoricus Gothorum Rex, dum inter alia ita fatur: Gloriosum quidem nobis est honores passim impendere, sed laudabilius benè meritis digna præstare, quicquid enim talibus tribuimus, pro generali potiùs utilitate largimur. Cunctis siquidem proficit recti tenax proventus: nec locus relinquitur injuriæ, cum ad bonos mores pervenit regula disciplinæ. *Ibidem 4. var. 4.* Agnovit Cyrus Persarum Rex, qui turpe putabat contradicere, quin is, qui & plurimùm laboris sustinet, & plurimùm Reipub. utilitatis adfert, etiam maxima quæquè consequatur, apud *Xenoph. lib. 2. pad.* Agnaverunt Romani, qui Minucio & Corneliio Consulibus de triumpho sollicitantibus, communem relationem fieri, pati noluerunt, ne par honos in
di-

dispari merito esset. *Liv. lib. 33. c. 82.* Agnoscunt omnes, quot quot credunt, majorem esse Tyrannum, qui præmia benè meritis non tribuit, quàm qui infontes necat. *Boccal. cent. 2. relat. 27.* sibi què illud Antonii ad Vespasianum dictum putant. Cecidisse in irritum labores, si præmia periculorum soli assequantur, qui periculis non affuerint. *Tacit. lib. 3. histor.* Hæc itaque privilegiorum sit norma, dispicere videlicet ut benè meritis sua constet laus, sua gratia malè meritis & indignis non tantùm nulla retributio, sed & condigna pœna obveniat. Et quemadmodum olim Vipsanius Consul nova in Remp. merita, non usitatis vocabulis honoranda dicebat, apud *Tacit. lib. 11. annal.* ita singula benefacta, præsertim publico bono servientia, novis privilegiis remunerari, consonum est. Quo nomine Elisabetha

tha Angliæ Regina meritò laudatur, quæ etsi ad rem attentior, novit tamen ubi, quantum & quando liberalitas exercenda, benè meritis sanè providè benefica, *Cambden. part. 1. Hist. Elisabeth. pag. 62.* Contra malè audit Tiberius, qui legibus Pannonicis per literas demandabat, misisse se filium Drusum, ut sine contatione concederet, quæ statim tribui possent; cætera Senatui servanda, quem nequè gratiæ, nequè securitatis expertem haberi par esset. Ad quæ milites: Novum id planè, quod Imperator sola militis commoda ad Senatum rejiciat. Eundem ergò Senatum consulendum, quoties supplicia aut prælia indicantur. An præmia sub dominis, pœnas sine arbitrio esse? *Tacit. lib. 1. annal.* Similiter ex Regibus nostri seculi malè audiunt Henricus VII. Angliæ, & Franciscus II. Galliæ Reges, quorum ille
in

in re
ita
appl
prop
min
præ
Baco
VII.
ex c
is ac
rent
nes
gita
fatis
sian
ctun
jus
qui
biti
nefi
mita
aulâ
igno
rent
adec
Proc

in remunerando erat tenacior, ita ut liberalitas sua potiùs se applicaret ad ea, quæ ad statum proprium, aut memoriam nominis sui pertinerent, quàm ad præmia benè meritorum. *Fr. Bacon. de Verulam. in hist. Henr. VII.* Hic verò Anno 1599. cum ex cunctis ferè Regni Provinciis ad novum Regem confluerent, qui debita, remunerationes, beneficia, importunis flagitationibus exigebant, iisque satisfieri non posset, suasu Guisianorum patibulo erecto, edictum proposuit, quò omnes cujuscunque conditionis essent, qui quacunque de causâ vel debiti, vel remunerationis aut beneficii à Rege impetrandi, in comitatu essent, intra 24. horas aulâ excederent, nî parerent, ignominiosè patibulo suffigerentur. *Thuan. lib. 23.* Usquè adeò verum est illud Historici: Proclivius est injuriæ, quàm benefici-

neficio vicem exsolvere, quia gratia oneri, ultio in quaestu habetur. *Tacit. lib. 4. histor.*

5.
Digni-
tatum
& ordi-
num
confer-
vatio.

5. *Dignitatum, ordinum & munerum publicorum conservatio.* Dignitatem intelligo non Imperatoriam solùm & Regalem, sed & eorum, qui aliquo officio publico vel ordine præ aliis sunt conspicui, quibus pro diversitate munerum, diversa etiam tribui solent privilegia. Hûc pertinent privilegia Imperatoris & Imperatricis, *l. 31. ff. de ll. Electorum, in Aureâ Bullâ. Episcoporum tot. tit. C. de Episc. & Cler. Jctorum l. 14. C. de Advocat. div. judic. Grammaticorum, Philosophorum, Medicorum, tot. tit. C. de profess. & Med. Clericorum & Sacerdotum d. t. C. de Episc. & Cler. Studiosorum Aurb. habita. C. ne filius pro patre. Legatorum, Consiliariorum, Militum, Doctorum & similibus, de quibus copiosi aliorum extant*

com-

com
qu
mn
L
secu
just
jura
per
mi j
Priv
rum
riar
rum
per
toru
bell
um
letu
tuna
neco
fam
rico
dict
in ju
Cat
com

commentarii, ad quos omnes, qui specietenus & distinctius omnia scire cupiunt, remitto.

Deniquè, *Personarum & rerum* 6.
secundum omnes circumstantias Personarum
justus respectus, quia videlicet justus respectus
 jura pro ratione temporis, loci, personarumquè variare notissimi juris est. Et hùc pertinent Privilegia minorum, impuberum, fœminarum, valetudinariarum, senum, rusticorum, piarum caufarum, miserabilium personarum, libertatis, alimenterum, templorum, artificum, belli, pestis, & in summa omnium eorum, quos ætas, sexus, valetudo, peritia & imperitia, fortunæ iniquitas, tempus itidem, necessitas, agnatio vel cognatio, familiaritasquè vel etiam misericordia privilegio dignos esse dicitat, quorum privilegiorum in jure Civili passim magnus est Catalogus, nec minor in eadem commentatorum numerus.

CAPUT VIII.

DE

Effectu Privilegiorum,

Privilegia cum effectu accipienda & ita intelligenda sunt, ne fiant elusoria, sed valeant potiùs, quàm pereant, *c. 25. extr. de V. S.*

Effectus

I.
Privilegia
idem
operantur,
quod
jus
commune.

*Primus autem effectus Privilegiorum in eo consistit, quod idem operentur atque lex & jus commune, in primis si corpori juris, sive Volumini Constitutionum, publicâ autoritate, inserta sunt. Id quod ex beneficiis SC^{ti}. Vellejani, Macedoniani &c. aperte liquet. Cui consequens est, quòd privilegia legitime concessa, perinde ac leges, non solum omnes concedentis subditos ad observantiam, *l. 3. C. de U.* sed & ipsum concedentem, e jusque Successores obligent, sive hi*

hi jure successionis, sive electionis succedant, ac proinde regulariter revocari nequeant, quâ de re infra, ubi de revocationibus privilegiorum sermo incidet, uberius aliquid differendi dabitur locus.

Secundò, Privilegium idem operatur, quod consuetudo vel statutum, unde quicquid de consuetudine dicitur & statuto, etiam de privilegio dici potest, exceptâ illâ differentiâ, quæ supra c. 1. adducta est. Unde sicut consuetudo legem interpretatur, l. 37. ff. de ll. supplet, & quandoquæ ab illâ recedit, l. 32. eod. ita & privilegium. Quemadmodum etiam, secundum JCtos, statuta intra territorium statuentium jus faciunt, arctiusquæ ligant, quàm jus commune, ita ut illud sæpius emendent; ita & privilegia intra territorium concedentium vim legis & juris obtinent, ac jus commune

2.
Idem
quod
Con-
suetu-
do &
statu-
tum.

ne ut plurimum transcendent.

Tertiò, Privilegium potentiùs est jure communi, quia est jus quoddam speciale, quod generali & communi quasi derogat, cum in toto jure generi per speciem derogetur, & illud potissimum habeatur, quod ad speciem directum est, l. 80. ff. de R. I. Necesse est autem illud, quod alteri derogat, illo, cui derogat, esse potentiùs, cum per hoc vires illi adimat, sibi verò sumat. Unde mirum, quosdam contrarium, quòd videlicet jus commune potentiùs sit privilegio, defendere, inter quos sunt *Mench.* de retin. poss. remed. 3. n. 858. & *seqq.* & *Coler.* de process. execut. c. 3. part. 2. n. 172. *Modestim. Pistor.* tom. 2. cons. 11. *quæst.* 1. n. 47. Præsertim cum rationes eorum, in hanc sententiam adductæ, non sint istius ponderis, ut iisdem opinio hæc per-

persta
eorum
c. 9. S
ea, qu
liter in
ciuntur
ea, qu
agi, a
nium
Hic n
potent
privata
ctiones
commu
non de
blicæ,
gitimis
non m
per sup
dentib
ges res
quæ leg
diunt.
onem
dixerit
§. 1. di

per-

perstare queat. *Prima* namque eorum *ratio* petita est ex *Nov. 7. c. 9. §. 1.* ubi dicitur: Oportet ea, quę communiter & generaliter in omnium utilitatem sanciantur, potiùs valere, quàm ea, quę circa aliquos studentur agi, ad corruptionem communium legum. Sed *respondetur*: Hic non statui jus commune potentius esse privilegiis, sed privata commoda, aut eas functiones, quę ad corruptionem communium legum tendunt, non debere præferri utilitati publicę, id quod de privilegiis legitimis dici nequit, quippè quę non minùs utilitatem publicam per supradicta in *capp. præcedentibus*, quàm quęvis alię leges respiciunt, & quarumcunquè legum corruptionem fastidiunt. Nisi ergò quis corruptionem legum privilegium esse dixerit, non poterit ea, quę *d. §. 1.* dicuntur, nisi perperam ad
privi-

privilegia applicare, nec exinde, jus commune potentius esse privilegio, adstruere. *Secunda ratio*, desumpta est *ex l. 35, §. 1. ff. de test. mil.* ubi sancitur: Si miles militiâ missus, intrâ annum testamentum facere cœpit, nequè perficere potuit, potest dici, solutum ita esse testamentum, quod in militia fecit, si jure militiae fuit scriptum: alioquin si valuit jure communi, non esse jure rescissum. Unde sic concludunt: Testamentum militis privilegiatum faciliùs tollitur testamento jure communi condito, ergò jus commune potentius est privilegio. *Respondetur*: nequè ex hac lege illud concludi, cùm id tantùm in hâc lege statuatur, quod militis militiâ missi testamentum intrâ annum missionis condi cœptum, tollat testamentum merè militare, non verò jure communi factũ, adeoque lex hæc, non de potentia

tiâ

tiâ lo
ratio
stam
stam
expi
de m
ment
mnia
cond
ad po
quen
perp
quan
pote
majo
durat
test c
diutu
get,
quof
tia
antea
vent
tiam
men
facili

tiâ loquitur testamenti, sed duratione, & hoc vult; quòd Testamentum militare post honestam missionem intra annum expiret, *s. sed hætenus. Instit. de milit. testam.* Non verò testamentum perfectum, juxta omnia requisita juris communis conditum. A duratione autem ad potentiam non valet consequentia, cùm ea, quæ non sunt perpetuæ durationis, tamen, quamdiu durant, non minori potentiâ polleant, quàm quæ majoris vel etiam perpetuæ sunt durationis. Exemplo esse potest consuetudo, quæ etsi rarò sit diuturna, tamen, quamdiu viget, ejusdem est, imò & juxta quosdam JC^{tos}, majoris potentia atquè lex, per ea quæ paulò antea dicta sunt. Quæ si observentur, facilè liquet consequentiam hujus argumenti: Testamentum militare privilegiatum facilius tollitur testamento jure

communi condito, ergò hoc illo est potentius; nullam esse, id quod tantò magis patebit, si quis perfectum syllogismum inde formaverit, in hunc modum: Quicquid faciliùs altero tollitur, illud eo est potentius: Testamentum privilegiatum faciliùs tollitur testamento, juxta dispositionem juris communis condito. E. hoc illo est potentius. Quis enim hìc non videat laborare majorem? cùm Testamentum militare non propterea tollatur in *d. l. 35.* quòd sit altero impotentius, sed potiùs quòd imperfectius, adeoque certum durationis terminum, nimirum annum in legibus prefixum habeat, *d. §. sed hactenus. Instit. de mil. test.* Perfectum autem imperfecto est durabilius, quamvis non semper potentius. Adde hisce responsionem *Alciati regula 3. de præsumpt. 36.* qui statuit difficilius testamentum,

ju-

juxta jus conditum commune, annullari, militari, non simpliciter, quia jure communi factum, sed quia majori solennitate factum est, ac æquitas postulat, ea quæ difficilius in esse producantur etiam difficilius tolli, per *l. nolumus 20. C. de test. & l. ab emptione. ff. de pact.* Finaliter hîc notandum, quòd quamvis ex prædictis privilegium potentius sit jure communi, privilegiato tamen eodem sine privilegii jacturâ uti liceat, cum per *d. l. 35. & l. quanquam ff. eod. testamentum à milite ad præscriptum juris communis factum subsistat, qui tamen jus militarily condendi testamentum ex speciali privilegio habuit. Sic voluntariæ tutelæ munera privilegiis nihil derogant, l. 12. C. de excus. tut. & qui publici muneris vacationem habet, si aliquem honorem, excepto Decurionatu, sponte susceperit, ob*

id, quòd patriæ suæ utilitatibus
cesserit, vel gloriæ cupiditate
paulisper Jus publicum relaxa-
verit, competens privilegium
non amittit. *l. 2. C. de his qui spon-
te publ. mun. sub.*

4.
Plus.
quàm
Factum

*Quartò, privilegium fortius
operatur, quàm pactum, non quòd
pacta per privilegium infringi
possint aut debeant, sed quòd
per privilegium alicui concedi
possit ea potestas, quæ alioquin
ex pacto constituitur. E. G. Po-
test quis cum debitore suo tali-
ter pacisci, ut in casu moræ lice-
at sibi sistere, aut arresto detine-
re res suas ubicunquè, taliaquè
pacta de consuetudine sunt fre-
quentissima. Cùm ergò id pacto
facere liceat, utique etiam tale
privilegium legitimo modo im-
petratum, ut civitati vel com-
munitati in casu moræ liceat si-
stere vel detinere res suorum
debitorum etiam forensium, in
illâ Civitate privilegiatâ reper-
tas,*

tas, d
absun
quod
obtin
se, c
Tale
Parisi
nam
Coler
c. 4.
Q
tem
civil
cus.
ribu
de v
mun
nec
nec
& l
de r

tas, de jure consistit, alioquin absurdum esset, Privilegium quod vim legis & consuetudinis obtinet, hâc in parte minùs posse, quàm pactum privatorum. Talequè privilegium Civitatem Parisiensem ac Montepesulanam habere testatur, ex *Rebuffo*, *Colerus de process. execut. part. 1. c. 4. n. 9. & seq.*

Quintò, privilegia immunitatem à muneribus personalibus & civilibus præstant, l. 2. C. de excus. muner. Non verò à muneribus patrimonialibus, l. 10. ff. de vacat. & excus. mun. l. 2. C. de mun. patrim. ita ut nec hospites, nec minores, nec sacerdotes, nec mulieres excusentur, d. l. 2. & l. 5. 6. 7. 8. & 9. ff. ibid. quâ de re supra jam c. 6. dictum est.

5.
Immu-
nitatem
præ-
stant.

CAPUT IX.

DE

Privilegiorum Confirmatione.

SCitum est, inquit *Bodin. l. de Repub. c. 8.* non modò privilegia, sed ne leges quidem, aut edicta mortuo Principe vim retinere suam, nisi consequentium Principum autoritate, vel consensione tacitâ sanciantur. Nam cùm Bartolus ad Carol. IV. Germanorum Imperatorem legatus esset, ut Perusinae Civitatis privilegia confirmarentur, obtinuit illud quidem, sed eâ conditione, ut tamdiu vim haberent, quoad revocarentur à posteris Imperatoribus, quibus etiamsi clausula subiecta non fuisset, præjudicium nullum creari potuisset. Quamobrem Michaël Hospitalis Francorum Cancellarius, privilegia Vico S. Mauri

Mauri à Carolo IX. Rege concessa, sigillo Regio munire obstinato animo, etiam petente Reginâ, recusavit, propterea quod perpetuam tributorum immunitatem continerent, contra naturam privilegiorum, quæ personis tribuntur, & consequentium Principum potestati præjudicare videntur. Nequè tamen, si in perpetuum concessa fuerint corporibus aut collegiis, quæ sempiterna sunt, Principis largientis vita diuturniora sunt futura, quæ si à populo vel optimatum Reip. corporibus, aut universitati in perpetuum tribuantur, sempiterna fore necesse est, aut certè, quamdiu illa Civitas popularis stabit. Nam cum populi Romani Majestas ad dominatum unius, à quo privilegia peti oporteret, delata videretur, Tiberius Augusti successor indulta beneficia à defunctis Prin-

cipibus non aliter vim habere
 voluit, quam si Successores rata
 haberent, cum antea Principis
 beneficium nisi ad tempus da-
 tum esset, perpetuum haberetur.
 Hactenus *Bodinus*, quem
 secuti multi alii hanc firmam su-
 stinent esse propositionem,
 quod Privilegia morte conce-
 dentium Principum dirimantur,
 nisi eorundem specialis accedat
 confirmatio. Quod etiam Regi-
 um Prophetam David agnovisse
 volunt, cum, licet jurasset Si-
 mei, ipsum non moriturum, 2.
Sam. 19. vers. 24. Successorem
 tamen suum, Salomonem filium
 proculdubio ex hoc principio,
 quod eum Juramento hoc non
 teneri existimavit, canos ejus ad
 inferos mittere, adeoque eun-
 dem necare moriturus voluit, ad
 filii Salomonis sapientiam hoc
 nomine provocando. *1. Reg. 2.*
vers. 8. & 9. Ut autem hæc
Bodini & aliorum sententia (id
 quod

quod ipse dicto loco indicat) in Monarchiæ regimine, & absolutis Regnis & dominiis, aut etiam eo in casu, ubi privilegia ad beneplacitum concedentis data sunt, (id quod infra *cap.* 15. fusiùs pertractabitur) obtineat, regulariter tamen in Regnis & dominiis non absolutis, aut etiam privilegiis perfectis, nulloquè vitio laborantibus non tenet. Quin & sunt, qui nequè ipsi Principibus absolutis extinctis statim privilegia extinguunt, sed revocationem expressam Successorum, si ea extincta cupiunt, requirunt, idquè vel supradicto responso Caroli IV. Bartolo Civitatis Perusinae Legato dato, probant, ubi Imp. tamdiu privilegia valere debere indulsit, quoad revocarentur, quâ quidem clausulâ opus non fuisse arbitrantur, si morte Principum privilegia extinguerentur, in qua quæstione

pertractandâ præ cæteris copiosus est *Enekel. lib. 3. de privil. jur. civil. cap. 2. & 3.* Mihi in præsentiarum hæc eo fine in scenam adducere lubitum fuit, ut quid quandoquæ Principibus ab aliis tribueretur, quid item illi sibimetipsis, circa abolitionem privilegiorum potestatis sumerent, ostenderem, omnibusquæ tantò magis liquere posset, quid ad quæstionem hanc: *Vtrum videlicet confirmatio Principis res sit meri consilii, aut majoris cautela; an verò mera necessitatis?* respondendum sit; nimirum eandem non esse meri consilii, quin potius semper majoris cautelæ, quandoquæ etiam necessitatis. Quamvis enim confirmatio actus perfecti, adeoque & privilegiorum justorum regulariter (nisi in actibus nullis, ut in adoptione nullo jure factâ. *l. 38. ff. de adopt.* aut in legatis inutiliter datis. *l. 19. ff. de legat. 1.* ubi confirm-

Vtrum
confirmatio
sit necessitatis?

firm
bus
de
peri
qua
fact
nat.
tan
firm
con
tion
me
ctu
tiam
stit
ali
em
gia
Ac
mã
ni
ce
ei
fe
en
tu

firmans aliquid dat; aut in actibus imperfectis, per *c. 1. extr. de transact.* qui confirmando perficiuntur; aut in actibus nunquam revera celebratis, aut profactis reputatis, per *l. 4. C. de donat.*) nihil novi det, sed vetera tantum jura (si quæ sunt) confirmet & innovet. *c. 4. extr. de conf. util. vel inutil. c. quia intentiones 29. extr. de privil.* ista tamen confirmatio veram & effectivalem privilegio dat existentiam, quæ in operatione consistit, sine quâ privilegium nihil aliud est, quàm ^ltera muta & emortua; nihil omninò privilegario emolumenti adferens. Accedit quòd is, qui cum summâ potestate est, non teneatur, nisi sponte velit, acta sui Antecessoris confirmare, ac multa ab eisdem non propter vim legis, sed honestatem servantur, exemplo Tiberii, qui cum ageretur, an histriones virgis cædi

204 *Caput IX. De Confirmatione*
possent, valere apud se passus est
autoritatem Augusti, qui id ne-
gabat, nequè fas judicavit, dicta
patris infringere. *Tacit. lib. 1.*
annal. Et Titus Imperator, cum
ex Instituto Tiberii omnes de-
hinc Cæsares beneficia à superi-
oribus concessa Principibus, a-
liter rata non haberent, quàm
si eadem iisdem & ipsi dedissent;
primus præterita omnia uno
confirmavit edicto, nec à se peti
passus est. *Suet. in Tito. cap. 8.*
Quod cum ita se habeat, utiquè
vel exinde necesse est confirma-
tionem peti, ut eâ obtentâ re pa-
gulum objici possit libidini &
potentiæ dominantium, qui
cum initio privilegia revocare
potuissent, per confirmationem
tamen hanc sibi ipsis legem di-
xerint, juriquè suo renunciave-
rint, ac proinde tantò strictiùs
eisdem inhærere, vel ex consci-
entia, teneantur, quæ ultrò pro-
miserunt, cum omnes contra-
ctus

Etus ab initio sint voluntatis, postea necessitatis. *l. sicut C. de O. & A.* Hinc omnes Civitates, omnesquè ii, qui à superioribus privilegia concessa habent, hoc unicè sub initium novi Regiminis observare solent, ut privilegia antecessorum per Successores rati habeantur, idquè se facturos Successores vel juramento, vel peculiari diplomate promittant. Sic Imperator initio statim sui regiminis tenetur, vi legum, Electoribus omnia privilegia confirmare, & quicquid ad ipsorum dignitatem, decus, libertatem ac immunitatem pertinet. *Sleidan. lib. 1.* Poloniaè verò Reges non tantùm se omnia jura, libertates, privilegia, immunitates Regni Prælatis, Principibus, Baronibus, Nobilibus, Civibus, Incolis & quibuslibet personis ab Antecessoribus justè & legitimè donatis, conservaturos ju-

206 *Caput IX. De Confirmatione*
rant, juxta formulam quæ extat
apud *Herburt. in Statut. lib. I.*
verbo, juramentum. pag. 245. sed
& reversalibus & literis seorsim,
provinciis subjectis, civitatibus
imprimis, eo nomine cavere &
prospicere solent, uti Confirma-
tiones Regiæ passim in juribus
municipalibus Prussię extantes,
clare ostendunt. Hisquæ confir-
mationibus efflagitandis, adeo
strictè insistere solet gens Polo-
na, ut, cum Henricus Valesius
Cracoviæ inaugurandus esset,
ac Legati Pontificii instinctu,
religionis pacem, diversæ reli-
gionis assertoribus antea indul-
tam jurejurando confirmare
cunctaretur, tantâ animi præ-
sentiâ Joannes Firleius Palati-
nus Cracoviensis obstiterit, ut
arreptâ coronâ, quæ Regi tum
præferebatur, templo exiturus
fuisset, nisi à plerisque pacis &
concordiæ nomen inclamatum
esset. *Neugebau. lib. 9. pag. 646.*
Cum

Cùm etiam in comitiis publicis Poloni & Lithuani Sigismundum Augustum, Successorem Sigismundi I. Regis Polonię, post ejus mortem designassent, Ordines verò terrarum Prussię ad electionem hanc filii non vocati fuissent, electionem hanc ratam habere nullatenus voluerunt, antequam Sigismundus I. Rex speciali rescripto eis cavit, quòd ea præteritio illis fraudi esse non deberet, specialiter etiam filium Sigismundum Augustum obligavit, ut annum decimum quintum egressus, pro more Antecessorum juraret, se privilegia & indulta Prussię confirmaturum, quo non præstito, nec Ordines terrarum & Civitatum ad servandum suum juramentum, Majestati ejus præstitum, astricti esse deberent. *Jura Municip. terr. Prussię pag. 51.* Nequè in hoc juramento realiter præstito Ordines Prussię ac-

quie-

quieverunt, sed & post præstitum Juramentum Anno 1537. Sigismundus I. Rex solenniter iterùm ipsis cavere necesse habuit, neminem ipsi parere debere, nisi priùs omnia jura, privilegia & libertates diplomate suo confirmâisset. *Ibidem pag. 55.* Id quod & Sigismundus Augustus eodem Anno 1537. seorsivo diplomate se facturum recepit. *Ibid. pag. 80.* Addita Anno 1549. hac assecuratione, quòd Juramentum suum Anno 1537. præstitum, non minùs ad Terram Prussiæ pertineret, eamquè comprehenderet, quàm reliquos status Regni Poloniae, ad quos prima specie solummodò adstrictum esse videbatur. *Ibid. p. 83.* Est ergò per supradicta confirmatio privilegiorum, non tantùm utilis, sed & pernecessaria, tum quia privilegiantem magis stringit, tum quia privilegiarium tantò securiorem & certiorè facit.

Ne

Ne
hanc
farian
ea no
gium
stingu
privil
bilia (
cap. 1
la co
neces
tùm,
expos
quicu
ctariu
moro
talia
niam
unt,
ve de
nùs a
legia
testa
te;
cessa.
ulter

Ne autem confirmationem hanc absolutè & semper necessariam esse quis existimet, ita ut ea non subsecuta statim privilegium extingatur & desinat, *distinguendum*, cum JC^{is}, *inter privilegia revocabilia & irrevocabilia* (de quibus distinctiùs infra *cap. 15.* tractabitur) quorum illa confirmationem absolutè & necessariò: hæc respectivè tantùm, seu majoris cautelæ ergò exposcunt, ita ut si Princeps, vel quicumquè aliùs fortè sit refractarius, & circa confirmationem morosus, nihilominus privilegia talia semel ritè concessa, quoniam naturam contractus capiunt, sive confirmatio accedat sive deficiat, subsistant. Nec minus *discernendum*, *Utrum Privilegia ab ipso Principe, vel alio potestatem privilegia dandi habente; an vero ejus delegato sint concessa.* Illo in casu confirmatio ulterior non requiritur, cum ab ipso

Privilegia alia revocabilia, alia non.

210 *Caput IX. De Confirmatione*
ipso primo & immediatè auctore orta sint, hoc verò omninò & quidem necessitate absoluta requiritur, per ea quæ suprâ cap. 4, dicta sunt.

Confirmatio verò hæc *Privilegi-
giorum duplex* est, *Generalis* & *Specialis*. *Generalis* est, quæ fit in forma communi, ita ut absquè ulla causæ cognitione privilegia antea data generaliter confirmentur, & hæc confirmatio nullius, vel saltem parvi est momenti, per *C. cum dilecta extr. de confirm. util. & inutil.* *Specialis* est, quæ fit ex certa scientia, cum cognitione causæ, inspectione & insertione istius privilegii in confirmatione, quæ quidem Confirmatio jus constituit, quia plùs solet timeri, quod singulariter pollicetur, quàm quod generali sponcione concluditur. *c. quanquam dist. 23.* & plus valet specialis cautio, quàm generalis. per *l. 4. §. 4. ff. si quis caut.*

Confirmatio duplex: Generalis.

Specialis.

in jud. Specialis, quàm generalis subscriptio. *l. 15. §. 1. ff. ad l. Corn. de fals.* Speciale, quàm generale mandatum. *c. 1. extr. de rescript. c. 14. Eod.* Rectè itaque Senatus Romanus, crebrescente sub Tiberio Græcas per urbes licentiâ, atque impunitate asyla statuendi, voluit, ut mitterent Civitates jura & Legatos, *Tacit. lib. 3. annal.* eo sanè fine, ut inspectis juribus, illa vel confirmarent, si quæ viderent, vel abolerent, si produci non possent. Quod quidem postulatum Senatus justum, æquum & privilegiariis fructuosum, Senatui etiam gloriosum fuit: unde *Tacitus* ibidem in hæc verba erumpit: Magna ejus dici species fuit, quo Senatus Majorum beneficia, sociorum pacta, Regum etiam, qui ante vim Romanam valuerant, decreta, ipsorumquè numinum religiones introspe-
xit. Quemadmodum autem privilegi-

Confir-
matio

vilegi-

obre-
ptitii
privile-
gii an
valeat?

privilegium obreptitiè obtentum, nullius est roboris; sic nec ejusmodi obreptitii, aut etiam alius iniquis modis, contra formales regulas veri & legitimi privilegii, impetrati privilegii confirmatio subsistere potest, quin potiùs sententiæ ex falso instrumento late assimilatur, & quemadmodum illa non valet *l. 2. & 4. C. si ex fals. instrum.* sic & obreptitii, & ex falsâ causâ concessi privilegii confirmatio invalida est. *c. 5. & 6. extr. de conf. util. & inutil.*

Confir-
matio-
nes in-
telli-
guntur
salvo
jure
tertii,

Confirmationes idcirco perinde, atque Privilegia ipsa, semper intelliguntur salvo jure tertii, & quidem ita, ut quamvis in literis confirmatoriis verba hæc inserta non sint, tamen semper subintelligantur, quia in cujuscumque injuriam beneficia tribuere non est moris. *l. 4. C. de Emancip.* & quoties aliquid in publico fieri permittitur, ita oportet

tet p
jusqu
ceps
insti
re, l.
in loc
conf
ant c
RE
NUS
IN E
PRI
QUO
BEN
conf
funt
que
l. 2.
ut h
talil
mur
jus-
tati
juxt
rite
l. 3

tet permitti, ut sine injuriâ cu-
jusquam fiat, & ita solet Prin-
ceps, quoties aliud novi operis
instituendum petitur, permitte-
re, *l. 2. §. 10. & 16. ff. ne quid
in loc. publ.* Et hinc est, quod in
confirmationibus apponi sole-
ant clausulæ hæ: SALVO JU-
RE TERTII: Vel, QUATÈ-
NUS PRIVILEGIATI SINT
IN POSSESSIONE TALIUM
PRIVILEGIORUM: Vel, SI
QUOD PRIVILEGIUM HA-
BENT. *c. cum dilectæ extr. de
conf. util. & inutil.* Et si quæ
sunt aliæ clausulæ apponi solitæ,
quæ quidem clausulæ juxta *Gail.
l. 2. obs. I. n. 14.* hoc operantur,
ut hujusmodi confirmationes
talibus clausulis reservatoriis
munitæ, absquæ citatione alicu-
jus peti & fieri queant, quæ Ci-
tatio quandoquæ in privilegiis,
juxta supradicta *c. 6.* & regula-
riter in contractibus requiritur.
l. 39. ff. de adopte.

Quæ-

Quæri etiam solet circa confirmationem, an ad probationem antiquorum privilegiorum, si Originalia eorum sint amissa, sufficiat producere confirmationem Originalis Privilegii mentionem facientem. Ad quam quæstionem c. 11. ubi de probationibus Privilegiorum fermo incidet, quantum opus erit, respondebitur.

C A P U T X.

D E

Privilegiorum Duratione, Observatione & Conservatione.

EX iis, quæ capite præcedenti, de necessitate confirmationis dicta sunt, arguere quis posset, privilegia suâ naturâ perpetua non esse, cum tamen jura diversum statuunt, cum ajunt: Decere concessum à Principe beneficium esse mansurum. c. 16, de R. I. in 6. & indul-

An Privilegia sint perpetua?

Dur
dultu
esse a
ibid.
doric
Cassio
nostr
conf
esse d
pro st
li, q
ption
què d
re dif
vos t
verti
est,
gnita
itate
iam e
triam
idqu
omn
ritur
sequ
furu
min

dultum à jure beneficium non esse alicui auferendum, *c. seq. ibid.* Cui congruit illud Theodorici Gothorum Regis apud *Cassiod. 3. var. 35.* Liberalitatem nostram firmam decet tenere constantiam, quia inconcussum esse debet Principis votum, nec pro studio malignorum convelli, quod nostra noscitur præceptione firmari. *Symmachi* quòd dictum, dum ait: Decet stare dispositis, nec fas est per novos tractatus confirmata subverti, *lib. 4. Epist. 52.* Hinc est, quòd filiusfamilias per dignitatem patriciatus ex potestate patriâ semel liberatus, etiam extinctâ ea dignitate, in patriam potestatem non recidat, idquè ex hac ratione, quoniam omne bonum, sive à Deo acquiritur hominibus, sive ab Imperio sequente Deum, decet esse mansurum, & omnis malitiæ ac diminutionis extraneum, *Novell.*

81. c. 2. Nec Imperialis Majestatis proprium est, concessa auferre. *Novell. 10. §. 1.* Hinc pariter est, quòd gratia alicui concessa, ut providere possit personis idoneis in certâ Ecclesiâ, personis non expressis, non exspirat per mortem concedentis, c. 36. *de præbend. & dignit. in 6.* De hac igitur privilegiorum perpetuitate & duratione, ut aliquid agatur, operæ pretium erit.

Non autem hîc loquimur, nisi de privilegiis justis & legitimis, nam quæ juri naturali, bono publico, intentionivè concedentis adversantur, quæ jus tertii lædunt, per mendacium, ex causâ iniquâ & injustâ sunt impetrata, vel per abusum, ingratitude, aliisque indignis modis abolita, ea perpetua esse nec congruit, nec possibile est, quin potius ipso jure revocantur, perimuntur & extinguuntur, quâ de re fusiùs suo loco tractabitur.

Pri-

Du
Privi
secun
malit
regu
impr
nâ, s
tur,
per e
usu v
Q
regu
guan
prob
tia, c
legia
tem
nec
voc
dict
de p
istin
tis
con
per
vun
voc

Privilegia ergò *justa tantum*, & secundum suprà recensita formalia requisita data & impetrata regulariter *perpetua esse convenit*, imprimis *realia*, quæ cum personâ, suâ naturâ, non extinguuntur, quod alioquin *personalibus*, per ea, quæ suprà *c. 2.* dicta sunt, usu venire solet.

Quamvis autem personalia regulariter cum personâ extinguantur, non tamen omninò improbanda est illa *Peckii* sententia, qui eo respectu, quòd privilegia personalia non ante mortem personæ, cui conceduntur, nec ante definitum tempus revocentur, perpetua esse, & sub dictâ regulâ *Juris Canonici c. 16. de privil. in 6.* comprehendi existimat, idquè exemplo societatis & actionum perpetuarum confirmat, quarum illa dicitur perpetua, quando, dum focii vivunt, durat: hæ verò perpetuæ vocantur, quamvis certum fi-

Personalialia
quate-
nus sint
perpetua?

K

nem

nem 30. vel 40. annorum habeant. *Instit. de perpet. & temp. act. in pr. Peckius ad d. l. 16. de R. I. in 6.*

In tantum verò *Privilegium* decet esse mansurum, ut, si sit *prohibitorium*, ne quidem per renunciationem perpetuitatem suam disperdat. Habent enim hujusmodi *prohibitoria* vim *Præcepti*, cujus eludendi fraudandique, solâ renunciatione, lex potestatem non facit, potentiorquè est lex, quæ prohibet, quàm quæ permittit. Et idè non potest Clericus privilegio, quo vetatur coram Judice seculari in jus vocari, renunciare. *c. 12. extr. de for. compet.* Quia est *prohibitorium*, & non favorem aliquem singularem seu specialem, cui aliàs renunciare quis potest; sed generalem, toti collegio, totiquè ordini concessum, continet.

Hæc autem, quæ de perpetuitate

tate & duratione privilegiorum dicuntur, tùm potissimùm obtinent, quando privilegia ex contractu concessa sunt, ex quo quivis etiam summus Princeps obligatur, uti infrà prolixius ostendam, nisi fortè aliqua causa extrinseca, videlicet necessitatis, temporisvè malè qualificati, ut belli, pestis, &c. privilegii exercitium & effectum interrumpit.

Dynus & glossa ad d. reg. Jur. Finità causâ quomodo cesset privilegium.
Can. distinguunt inter causam finalem & impulsivam privilegii, ita quòd finità causâ finali totaliter privilegium quoquè finitur, non verò finità causâ impulsivâ, quâ cessante ejus effectus non desinat. Sic in jure civili finita minori ætate, cujus occasione privilegium concedebatur, finitur privilegium antea concessum, per l. 87. §. 1. & *ibid.* *Gothofr. ff. de legat. 2.* Quia nimirùm finalis causa privilegii

ibidem cessabat totaliter, adeoque etiam effectum cessare, cessante causa, absolum non erat. Quod si autem finalis causa totaliter non cesset, sed reliquiae ejusdem remaneant, cessante eadem ex parte aliqua, privilegium tamen durat. Sic servus, etiam si distractus, & à Domino suo venditus fuerit, in memoriam tamen prioris Domini interrogari non potest. *l. 18. §. 6. ff. de quaestio.* Neque decurio in memoriam prioris dignitatis torqueri, *l. fin. ff. de decur.* in honorem etiam matrimonii turpis actio adversus Uxorem negatur, *l. 2. ff. rerum amotar.* Secus se res habet, ubi nullae reliquiae causae finalis supersunt, sed eadem totaliter desinit, tum enim sublatâ causâ finali, tollitur effectus. Hinc si cui de beneficio aliquo providere, antequam illud haberet, mandatum aliudque beneficium, ante provisionem hanc

hanc demandatam, nactus sit, cessat mandatum hoc ab Episcopo aut Papa datum, quia causa mandati cessat, per *c. 20. de præbend. & dignit. in 6.* Si verò causa non finalis, sed impulsiva privilegiorum tantùm cesset, finita ea effectus privilegiorum non statim expirat, per *l. 2. §. 7. & l. seq. ff. de donat.* Ubi pecunia Titio eâ de causâ data, ut Stichum emeret, mortuo inter eâ Sticho, pecunia apud Titium remanet, cùm causa magis donationis, quàm conditio dandæ pecuniæ considerari debeat, causaquè cessante, repetitioni locus non sit. Similiter, quamvis Carfania, vel ut eam vocat *Val. Max. lib. 8. c. 7. n. 2.* Afrania, improbissima fœmina, inverecundè postulando Magistratum inquietans, causam dederit edicto de postulando, ne vid. fœminæ pro aliis postularent, eadem tamen extinctâ, e-

dictum perduravit, *l. 1. §. 9. ff. de postul.* Præsumitur autem in dubio quoque semper pro Privilegii duratione, & si causæ aliæ fiat mentio, ea non finalis sed impulsiva intelligitur, ne hoc pacto Privilegii effectus, causâ aliqua cessante, statim expiret: sed potius conservetur & persistet, per *l. 71. §. 3. circa fin. l. 72. §. 6. fin. de condit. & demonstr. l. 25. C. de jur. dot. & imprimis per d. l. 3. ff. de donat.* quæ generaliter in donationibus multum interesse statuit, an causa donandi fuerit, an conditio: si causa fuit, cessare repetitionem; si conditio, repetitioni locum fore, attamen ita, ut juxta *l. 2. in fin. ff. eod.* causa magis donationis, quàm conditio dandæ pecuniæ existimari debeat. Firma itaque etiamnum stat regula, quòd privilegium seu beneficium debeat esse mansurum, sive perpetuum.

Contra quam nihil facit, si quis

quis opponat nundinas, quæ non nisi ex privilegio impetrantur, per non usum, decennio amitti. *l. 1. ff. de nundinis.* Id namquæ non fit vitio vel culpâ concedentis, vel etiam ipsius privilegii, sed ejus, cui privilegium concessum est, cujus negligentia ipsi privilegio, ejusquæ intrinsicæ naturæ imputari nequit. Nec similiter obstat *c. 23. extr. de rescript.* Unde rescripta Pontificia non nisi ad annum obtinere eruunt. Alia namquæ Privilegiorum, alia rescriptorum est ratio, quæ quamvis aliquando coincidunt, ita ut de uno ad alterum argumentum procedat, vel in hoc tamen differunt, quòd rescripta intra annum coram Judice, dummodo ejus copia haberi possit, produci debeant, privilegia non item, quæ ad minimum per decennium durant. Adde, quod in *d. c. 23.* non expressè statuatur, re-

Obje-
ctiōes
& solu-
tiōes.

scripta Pontificis intra annum
 exspirare, sed rescriptum poste-
 rius prius tollere, si is, qui prius
 obtinuit, ex malitiâ vel negli-
 gentiâ eis uti postposuerit, ita
 quod exinde non vitio Privile-
 gii, sed malè utentis vel negli-
 gentis, anni terminus angustus
 præfinitus sit, idquè propterea,
 quia publicè interest, beneficia
 Ecclesiastica contra voluntatem
 diu non vacare.

Cùm itaquè privilegia diu
 manere, imò perpetua esse, juri
 & æquitati congruum sit, meri-
 tò omnem lapidem movebunt,
 tam concedentes, quàm impe-
 trantes, ut sua eisdem constet
 firmitas, suaquè fides & constans
 observantia, quo fine etiam in
 Regni in primis primordiis, ju-
 ramenta à dominatoribus exigi
 solent, quibus se adversanda ju-
 ra, privilegia, immunitatesque
 Regnorum, terrarum, Civita-
 tum, Universitatum, Univerfo-
 rum

rum itidem & singulorum, partim sponte suâ, partim legibus fundamentalibus id ipsum requirētibus, obstringunt. Quamvis enim juramentum obligationem non augeat, per *l. fin. C. de non. num. pec.* Et quoad Deum, inter juramentum & loquelam nudam discrimen non sit, *c. juramenti. 22. quæst. 5.* quin potius omnibus, in primis Principibus, gloriosum sit cum Theodorico Gothorum Rege asserere: Non minus est, quod nostris verbis, quàm quod horreis continetur. *Cassiod. 3. var. 44.* aut juxta illud Alphonsi Arragoniæ Regis: Tantum valere debeat ad fidem Principum verbum, quantum privatorum hominum Jusjurandum, animoque Princeps obstringi, non aliâ quavis arte possit; *Panorm. in lib. 1. Anea Sylv. de dict. & fact. Alphons. Regis n. 58.* Attamen, ut *Sophocles* ait apud *Stob. serm. 27.*

Privilegia jurata.

Apposito jurejurando cauti-
or & diligentior

Animus fit : A duobus enim
sibi tùm cavet,

Et ne lædat amicos, & ne
peccet in Deos :

Præsertim, cùm jurisjurandi
contempta religio Deum ulto-
rem habeat, *l. 2. C. de reb. cred.*
& ad producendam obligatio-
nem omninò faciat Jusjuran-
dum, cum aliquis jurat se ali-
quid daturum, facturumquè *c.*
sum contingat extr. de jurejur. c.
quamvis de pact. in 6. quamvis in
casu speciali, cum ingenuus ho-
mo operas officiales promittit,
tanquam libertus jusjurandum
obligationem non inducat. *l. 56.*
ff. d. fidejuss. quia ingenuitati
plane contrarium est & legibus
improbatur, *l. 7. ff. de oper. lib.*
quo in casu jure Romanorum
nulla producitur obligatio, *l. 7.*
s. 16. in fin. ff. de pact. Hæc ve-
ro juratoria obligatio tanto est
fir-

firmior, si juramentis annectatur clausula hæc maximè obligatoria, ut, si juramenta & promissa pacta, statuta, jura, privilegia, &c. violentur, subditi ad præstandum obsequium ulterius non teneantur. Quale juramentum Stephanus Poloniæ Rex, Anno 1576. præstitit, uti videre est apud *Chytraum lib. 23. pag. 695. in fol.* Cui juramento omninò affine est illud decretum Andreæ II. Hungariæ Regis Anno 1222. sancitum, ubi in fine facultatem dat regnicolis sibi resistendi, si statutis contravenerit. *Decret. Vng. Regis. Bonfinio ut plurimum annexa pag. 37.* quod quidem decretum ansam dedit Stephano Botscajo Hungariæ Dynastæ Ann. 1604. Imperatori Romanorum, ac simul Hungariæ Regi armis sese opponendi. *Thuan. l. 131.* Nec minùs rarum & notabile est illud Brabantia privilegium, cu-

228 Caput X. De Privilegiis
jus meminit *Ernest. Eremund. de
orig. belg. tum. pag. 25.* in hunc
sensum: Quòd si privilegia e-
orum Princeps, aut vi, aut aliâ
ratione convellere tentet, eo ip-
so Brabanti, præmissis prote-
stationibus, absolvuntur à Sa-
cramento, & tanquam verè li-
beris, ac absolutis, rebus suis,
prout sibi visum fuerit, consule-
re permittitur.

Fides
Princi-
pibus
atten-
denda.

Ut sit, nullum præsentius
ex parte concedentium, reme-
dium conservandi privilegia da-
ri potest, quàm eorundem invi-
olabiliter servata *fides*, ut videli-
cet *Blæso* hac in parte assimi-
lentur, cujus non minima laus
est, quòd super claritatem nata-
lium & elegantium morum fidei
obstinatio eidem fuerit. *Tacit.
lib. 3. hist.* non verò cum *Hip-
polyto* linguam juratam, sed
injuratam mentem gerant. *Eu-
rip. in Hippol.* nec cum *Lenone*
Plautino, eâdem, quâ aliquid
pro-

Di
pro
gent
deno
exist
5. Sa
brac
non

Plat
Ne
opp
lim
est
par
retr
Par
A
fan
nor
xin
scil

promiferunt linguâ, iterum negent, & dicendi, non rem perdendi gratiâ eam natam ipsis eſſe exiſtiment. *Plaut. in Curcul. act. 5. Scen. 3.* nec deniquè cum Labrace, alio ejuſdem Comici Leonone, dicant :

*Iuratus ſum, & nunc iurabo ſi
quid
Voluptati eſt mihi,
Ius iurandum rei ſervanda, non
perdenda*

conditum eſt.

Plaut. in Rudent. act. 5. ſcen. 3.
Ne videlicet in ſummum eorum opprobrium dicatur id, quod olim de Principibus Italię dictum eſt, pleroſquè eorum eſſe adeo parabolanos, ut certiora ſint metreticum, quàm eorum promiſſa. *Panorm. in dict. & fact. Alph. Reg. En. Sylv. lib. 1. n. 58.* quod fanè vel ii Principes de ſe dici, non niſi ægrè ferunt, qui vel maximè fidem violant, conſcientiâ ſcil. dictitante, turpè eſſe & in-

230 *Caput X. De Privilegiis*
decorum fidem, sanctissimum,
juxta *Senecam epist.* 88. humani
pectoris bonum, rumpere. Ex-
emplo esse potest Henricus III.
Galliæ Rex, cui cum An. 1586.
Protestantium Germaniæ Lega-
ti objicerent, ipsum contra fi-
dem datam & juratam Prote-
stantes in Galliâ armis laceßere,
addito hoc epiphonemate: Nul-
lum majus Regis esse ornamen-
tum, nullam gemmam pretiosio-
rem, quàm fidem, quàm amissâ
unâ & Regium decus amitti, nec
unquam ulli Principi, ut cæte-
ra condonet Deus, violatæ fidei
crimen impunitum fuisse; Rex
mordaci verò offensus inter alia
responso Legatis dato, impo-
tenti ira correptus, addi voluit;
Mentiri, qui ipsum edicti paci-
ficatorii revocatione fidem in-
fregisse, aut ullam decori suo la-
bem aspersisse dixerit, & hæc
verba propria manuscripta, ac
breviculo inclusa, ad Legatos,
no-

Dur
nocte
Cubi
jussit,
liter
cum
Petro
ne su
tere f
hisce
miru
vultu
suad
men
privi
ctè s
ferm
stati
verb
cum
sent
4. n
inpr
infi
piar
Imp
epis

nocte jam concubiâ, perferri per Cubicularium, & coram recitari iussit, teste *Thuan. lib. 86.* Similiter Philippus Hispaniæ Rex, cum Privilegia Arragonum à Petro Arragoniæ Rege sanguine suo subscripta penitus evertere statuisset, blanditiis tamen hisce Arragones decepit, dùm mirùm sibi videri, composito vultu, prædicaret, illos sibi persuadere, rem, quæ nunquã sibi in mentem venisset, violationem scilicet privilegiorum Regni, quæ tam sanctè semper custodivisset. Cujus sermonis dulcedine plebs capta, statim hujus pharmaci, simul ac verbis credidit, amaritudinem cum internecone multorum sensit. *Petr. Matth. lib. 1. narrat. 4. n. 9.* Tanti scilicet est fidem, imprimis juratam, servare, ut vel infidi tales esse, quàm dici, cupiant. Fides itaque sola munit Imperium. *Symmachus lib. 10. epist. 47.* Fidem divina diligunt,

mor-

mortalia venerantur. Nam inter mundi fluctuantes procellas, unde se humana fragilitas contineret, si nostris actibus mentis firmitas non adesset? Hæc inter socios amicitiam servat, hæc domino pura integritate famulatur, hæc superne Majestati reverentiam pie credulitatis impendit, & si beneficium tantæ rei latius quæres, immutabilis fidei est omne, quod benè vivitur. *Cassiod. 5. var. 40.*

Monita,
ne fides
rumpatur.

Ne autem Principes, aliiquæ qui jura concedendi privilegia tenent, unquam fidei ruptæ notam incurrant, hoc attendant velim: *Primò*, ut mature secum *deliberent in principio, an Privilegia concedere expediat, æquum justumque sit*, examinent accuratè omnia, quæ hîc formaliter examinanda occurrunt, ac tùm demùm, ubi nihil obstaculi esse viderint, se liberales præbeant, ne inconsultâ facilitate decipiantur,

1.
Principio de-
liberandum, an
danda
sint privilegia?

Du
tur,
eos
gat,
ante
bitâ
ant.
Rom
quos
effla
meri
patr
alii
quis
cede
tur.
oqu
Prin
tum
si pu
quâ
& n
in P
ut
rent
bite
aut

tur, & pœnitentia ſubſequens eos contriſtet, vel etiam eò adigat, ut majori cum infamia opus antea præcipitanter, nullâ habitâ normâ, extructum, deſtruant. Approbat aſſertionem hanc Romanorum exemplum, apud quos, cùm Romæ ſub Nerone eſſagitaretur, ut adverſus malè meritos revocandę libertatis jus patronis daretur, diſſentiebant alii cum hoc elogio: Diſpiceret quiſquẽ merita, tardequẽ concederet, quod datum adimere-
tur. Tacit. lib. 13. annal. Eſt ali-
oquin teſte Plinio in panegy. in
Principe rarum ac propè inſoli-
tum, ut ſe putet obligatum, aut
ſi putet, amet, alienum etiam
quàm maximè, ſe dominum eſſe,
& non poſſe dominari. Malvez.
in Princ. pag. 46. Et quidem ita,
ut Machiavellus lib. 8. hiſt. Flo-
rent. audacter aſſerere non du-
bitet: Non chartas, ſcripturas
aut obligationes, ſed vim atquẽ
ne-

234 Caput X. De Privilegorum
necessitatem Principes ad fidem
servandam adigere. Cùm ergò
tàm facilè Principes vel suâ na-
turâ, vel aliorum susurris ad pœ-
nitentiam recti abducantur, hoc
ut evitent, non verò illud infame:
Non putâram, post rem per-
actam occinere cogantur, ma-
turis imprimis deliberationibus
opus est, cùm meliùs sit intacta
jura servari, quàm post vulnera-
tam causam remedium querere,
*l. ult. C. in quib. caus. restit. in in-
tegr.*

2. *Fides*
jurata
fit. Secundò *Fides*, in primis *jura-
ta*, in iis demùm Privilegiis &
concessionibus *interponatur*, quæ
adhuc aliquem vigorem obti-
nent, alioquin vana erit pro-
missio, aut rei non existentis sti-
pulatio. Unde meritò videtur
illud Regnum Galliæ juramen-
tum, qui jurare quidem solent,
se privilegia conservaturos. Ast
vana sacramenti fides, extinctis
hodiè (nescitur quo fato) totâ
pas-

Dur
passim
bet G
T
jurata
aliunde
colori
inesc
bè de
abum
ratio
& ce
dece
Mal
niæ
ea, q
juga
num
rum
licit
opp
pi in
favo
pul
fa,
exe
ad

passim Galliâ privilegiis, ut habet Gramond. lib. 11. pag. 498.

Tertiò, *Fides semel data*, sive jurata, sive injurata, non petitis aliunde, ne quidem ex conscientia, coloribus, posteaquam promissis inescati subditi, officio suo probè defuncti sunt, infuscetur vel abumbretur. Veritatis enim oratio soluta debet esse & libera, & celsiores fortunas idem loqui decet & sentire. Marcell. l. 17. Malè ergò Philippus II. Hispaniæ Rex meritò audit, propterea, quòd cùm Portugalliam subjugare constituisset, per Dominum Ossimæ, & Christophorum Moram aureos montes pollicitus sit eis, qui sese Anthonio opponerent, juribusquè Philippi in adipiscendâ Regni coronâ faverent. Anthonio verò expulso, cùm isti peterent promissa, ac Instrumenta & mandata executioni mandari, Rex omnes ad consilium conscientiaè amandavit,

3.
Vitandæ cavillationes & sophisticationes.

davit, cujus iudices in hanc sententiam pronunciârunt : Cùm Rex Philippus sit hæres Regni Portugalliæ, supplicantes non potuisse contrahere argento, donis vel promissis cum eo de jure, mortemquè commeritos, quòd ultrò non obtulerint hostem Reipublicæ. Nam si regnum pertinet ad Anthonium, non potuisse eos illud Regi reddere, ideoquè Regem Philippum nullo modo obligari promissis, quæ Legati ejus, vel agentes fecerunt supplicantibus; Ast innatâ benignitate & clementiâ illis indulgere sententiam mortis, quam hac occasione essent commeriti. *Petr. Matth. lib. 1. narr. 4. n. 17. Thuan. lib. 75.* Utrum hoc responsò hi conscientiæ Judices suam & Regis conscientiam rectè excusserint & exoneraverint, aliorum esto judicium, mihi illud Henrici IV. Galliarum Regis effatum magis pla-

Du
place
pro
gitet
batur
fœda
bus f
olent
rat. 1
Q
serva
trò, c
ac hi
te ve
ficiu
ctio
ensq
faci
rata.
nes.
ram
nifi
yata
qual
coru
span
Flar

placet, dicentis: Non poſſum probare, ut aliud in animo cogitetur, aliud in chartâ perſcribatur. Fraus quamvis omnis fœda ſit, tùm verò in Principibus fœdior eſt, quàm aperta violentia. *Petr. Matth. lib. 2. narrat. 1. & 7.*

Quartò, Non ſufficit fidem ſervari, niſi id benevolè fiat, & ultro, cum quadam animi benignitate ac hilaritate, non verò auctoritate vel ſeverâ moroſitate. Beneficium namquè benevola eſt actio, tribuens gaudium, capiensquè tribuendo, in id, quod facit, prona, & ſponte ſua parata, deſiniente *Seneca l. 1. de benef. c. 6.* Quam beneficii naturam evertit, qui privilegia non niſi ægrè ſervat, ac non tam ſervata, quàm perempta optat, qualis ſub initio motuum Belgicorum erat Gubernator ille Hiſpanus Requeſentius, à quo cùm Flandri Ann. 1576. privilegiorũ

4.
Bene-
volè
privile-
gia ſer-
ventur.

238 *Caput X. De Privilegiorum*
restitutionem & conservatio-
nem peterent, indignabundus
exclamavit : *Dios nos libera ab*
estos Estados : Deus nos libera
ab istis Ordinibus. *Ern. Ere-*
mund. de tum. in Belg. pag. 226.

5. Quintò, quemadmodum ni-
hil æquè in beneficio dando vi-
tandum quàm superbia, ac be-
neficium superbè datum non
tantum ingratum, sed & invi-
sum est : ita & si quis Privilegium
non nisi superbè nominari, aut ad id
provocari audiat, ac cum fastu quo-
dam & insolentiâ id vel amutat
vel rejiciat, utrobiquè fidem vio-
lat, sequè invisum reddit omni-
bus, ac ut plurimùm conversi-
onis alicujus ac totalis immuta-
tionis Reipublicæ author est.
Exemplo sit Vargas ille sangui-
narius Judex, qui, cùm Albanus
filium Principis Auriaci ex Aca-
demia Lovaniensi in Hispaniam
abduceret, ipse verò privilegiis
Academiæ se defendere vellet,
bar-

Ad Pri-
vilegia
libera
fit pro-
vocatio

Dur
barba
spon
stros
Exen
Cruo
extre
jam f
jura f
dicer
subd
oder /
vere s
est J
men
min
stra.
Han
dem
Hisp
ris d
perl
gior
pto
S
gia
dit

barbarâ linguâ ac mente respondit : Nos non curamus vestros privilegios. *Meteran. lib. 10.* Exemplo itidem esse possunt Crucigeri, quorum superbia ad extremum in tantum crevit, ut jam subditis jure suo uti, aut ad jura sua provocare non liceret, dicentibus illis, quoties hoc à subditis fiebat : Was ist ewer Recht / oder / was ist Culmisch Recht? Wir sind ewere Herren undt ewer Recht / h.e. Quid est Jus vestrum, aut quid Jus Culmense? Nos vestri sumus Domini, & penes nos stant jura vestra. *Schüz. lib. 4. fol. 137. b.* Hanc superbiam, quid verò tandem insecutum est? Belgii ab Hispanis, & Borussia à Cruciferis defectio. Hi sunt fructus superbiæ, hic violatorum privilegiorum partus, hi jurium ademptorum effectus.

Sextò, Non tantum privilegia benevolè conservari expedit, sed &, *si fortasse ea violari,* præ-

6.
Violati-
onis
obje-
ctio.

240 *Caput X. De Privilegiarum*
præter intentionem conceden-
tis, contingat, mature omnia corri-
gi, & quantum est in concedente,
imprimis Principe, hoc agi expedit,
ne à subditis violatorum privilegi-
orum arguatur. Vergit namque
hæc subditorum exprobratio,
in summam autoritatis ejus di-
minutionem, ac multarum di-
scordiarum fœcunda, at infausta
est mater, imprimis ubi conce-
dens absolutam potestatem non
habet. Sic probrosa fuit illa ju-
rium violatorum exprobratio,
cùm Gedanensium Præ-Consul
Conradus Lezka Anno 1411.
Crucigeris, variis molestiis Ci-
ves afficientibus, ac indignis
modis privilegia eorum labefa-

stantibus, in faciem objiceret:
Wann Sie / als Oberherren ihre Siegel undt
Brieffe nicht halten wolten / so wehren Sie we-
niger ehren werth / denn der geringste Bieders-
man / der sich auch bey seinen schlechten worten
lies halten / und soltenn gedencken / wie ihnen zu
muthen sein würde / wann ihnen die unterthanen
nicht wolten treu undt holdt sein / daher
solten Sie hier wiederumb abnehmen. / wie es
auch den unterthanen gefiel / wen Sie van der
Herr

Du
Herrsch
gebüh
hoc e
perio
non
dign
mun
etian
pate
pfo
si sub
delit
ac e
quan
quo
priv
grav
106
quia
cige
inte
toti
ever
stor
rean
illa

Herrschaft über gegebene freyheit / und gegenß
 gebühr und billigkeit beschweret werden solten /
 hoc est ; Si ipsi uti Domini su-
 periores, literis suis & sigillis
 non starent, utiquè minori esse
 dignos honore eos, atquè mini-
 mum ex plebe hominem, qui
 etiam nudis verbis se obligari
 pateretur. Cogitare debere ip-
 sos, quâ mente futuri essent,
 si subditi obedientiam ipsis & fi-
 delitatem præstare recusarent,
 ac exinde vicissim conjicere,
 quantum subditis displiceret,
 quoties à superioribus contra
 privilegia, decorum & æquum
 gravarentur. *Schüz. lib. 3. fol.*
106. Hæc Præ-Consulis oratio,
 quia contumeliosa visa est Cru-
 cigeris, mortem ei quidem ex
 intervallo, at non multò post
 totius Ordinis Crucigerorum
 eversionem peperit. Ac, ut hi-
 storię domesticę hoc loco inhæ-
 reamus, non minùs acerba fuit
 illa Borussorum per Legatos

L cum

orum
 cedent-
 a corri-
 edente,
 expedit,
 privilegi-
 namquè
 bratio,
 ejus di-
 rum di-
 infasta
 conce-
 tem non
 t illa ju-
 bratio,
 - Consul
 no 1411.
 estis Ci-
 indignis
 m labefa-
 bbjiceret:
 e Siegel undt
 ehren Sie we-
 ungste Wieder-
 echten worten
 / wie ihnen zu
 die untertha-
 t sein / daher
 ihnen. / wie es
 en Sie van der
 Herr:

cum Rege Casimiro Anno

1461. expostulatio, dum ajunt :

Wir bitten ewer Gnaden uns zu versorgen /
nach dem wir guttlosß sein geworden / das wir
doch nicht leiblos werden. Würde das ewer
Gnaden nicht thuen / so müssen wir Ewer Gna-
den und derselben Rächte / die Herren alle / bey
Ewer Gnaden Ritters / knechten und gemeinen
verflagen / wie gar jämmerlich wir von Ewer
Gnaden / undt den Herren Rächten / alle sindt
verleitet / die uns in sumner / armut / und umb
unser gutt gebracht haben / auch umb den leib
bringen wolten. Viel ist uns gelobet / und sei-
nes gehalten / h. e. Petimus Celsi-
tudinem vestram, ejusquè Con-
siliarios, ut nobis provideant, ne
postea, quàm bonis excidimus,
etiam vitâ excidamus, quod nisi
Celsitudo vestra fecerit, utique
C. V. ejus Consiliarios omnes
coram Ordine Equestri, Nobi-
libus & Reipublicâ accusare
tenebimur, quàm miserabiliter
omnes à Celsit. Vestrà & Con-
siliariis ejusdem seducti fueri-
mus, qui nos in miseriam, pau-
periem & bonorum nostrorum
excidium deduxerunt, in vitâ
etiam dispendium deducere fa-
tagunt. Multa nobis sunt pro-

missa,

Du
missa
lib. 7
tè ora
bus l
Clem
fensa
quodd
quico
ment
Mitit
cum
ge A
vileg
excep
bant,
culca
rata
ea,
dere
liter
onen
divin
nostr
sang
men
& pe

miſſa, nil verò præſtitum. *Schüz. lib. 7. fol. 292. b.* Aculeata certè oratio hæc, quæ vel legentibus bilem moveat, attamen à Clementiſſimo Rege citra offenſam audita, imò exaudita, eo quòd delinitis eorum animis, quicquid erratum eſſet ſe clementer correcturum recepit. Mitiùs alii Boruſſorum Legati cum Sigifmundo I. Poloniae Rege Anno 1548. agebant, cui privilegiorum literas, publicâ fide exceptas, ad pedes proſternebant, datâ poteſtate, ea vel conculcandi, ſi commeriti eſſent, vel rata inviolataquè conſervandi ea, quæ ſolenni pactorum fœdere ſanctè recepta eſſent, humiliter inſuper eorum conſervationem per adorandam gloriâ divinæ Majeſtatis, per Domini noſtri Jeſu Chriſti pretioſum ſanguinem, per venerandum nomen & honorem D. Caſimiri, & per Majeſtatis Regiæ thronum

Regalem, sacrumquè Regni diadema obsecrantes. *Iura Municip. fol. 75.* Cùm verò precibus hisce nondum satis se perfecisse, nec exauditos esse existimarent, commasculato animo, porrecto libello supplici, obsecrârunt, ne in ambiguitate diutiùs sustinerentur, sed petentibus Rex respondere dignaretur, vellet an nollet privilegia eorum integra conservare & manutenere, ac contra ea ablata, restituere, additâ hac ratione, quòd ad pacta & conventa toties promissa servanda, divino & humano jure ipsi obligatus esset, *Ibid. pag. 78.* Quâ fronte à Rege hæc audita oratio, hic exceptus libellus fuerit, non usquè adeò liquet, cùm mors paulò post superveniens, offensam hinc sine dubio conceptam, unâ cum vitâ Regis extinxerit.

7. Septimò, *quoties Privilegia dantur, & quoties jurejurando, aut*

Privilegio-
rum con-

Dur
aut. et
eorum
titur,
cum i
Standi,
interpr
duction
ludend
sugger
dos, p
ta, pri
ne qui
dorun
piuntu
Quida
cisse v
sa req
in titu
aucup
ne & i
re cop
Repub
libert
profir
nanci
vilegi

aut etiam injurata promissione
 eorumdem conservatio promit-
 titur, *sincerè omnia peragantur,*
cum intentione perpetim usdem
standi, non verò captiosâ aliquâ vel
interpretatione, vel subtili circum-
ductione effectum privilegiorum e-
cludendi. Invenit enim, Sathana
 suggerente, perfidia mille mo-
 dos, pacta, contractus, juramen-
 ta, privilegia tollendi, qui et si
 ne quidem in conscientia perfid-
 dorum semper probentur, reci-
 piuntur tamen, quia expediunt.
 Quidam, ne turpiter à fide defe-
 cisse videantur, JCtorum respon-
 sa requirunt. Alii in verbis, alii
 in titulis, alii in syllabis aliquid
 aucupantur, quo se à promissio-
 ne & fide data eliberent, qua de
 re copiosus est *Bodin. lib. 5. de*
Repub. cap. 6. Alii laxant fræna
 libertatum subditis, non ut illis
 profint, sed sibi, & materiam
 nanciscantur aliquo modo pri-
 vilegia, quæ aliàs spinæ sunt in-

cessio
 sic fin-
 cera.

oculis ipsorum, illis eripiendi, uti conqueritur *Boccal. cent. 2. relat. 7.* Alii privilegia & libertates subditis, in primis novis, tanquam cerasa pueris, ideò porrigunt, ut clamores eorum ad tempus sedent, sedatis & tranquillis iterum adimant, teste eodem *Boccalin. cent. 2. relat. 1.* Alii jam sub initium juratę fidei, de conservandis privilegiis datę, effugia ex aliorum suggestionibus habent, quibus illęsa scilicet fide ea postmodum labe factare possint. Sic cùm Anno 1625. Ferdinandus III. in Regem Ungarię eligeretur, ac Pater ejus Ferdinandus II. Impertergiversaretur, utrùm coronandus esset, idquè potissimum, ne jurejurando privilegia sacra, quę religionis libertatem concedebant, firmare tenderetur, Regni verò Ordines sub ista conditione, ut Regni privilegia tam sacra, quàm profana, juramento fir-

D
firm
si id
retu
saria
legi
tam
nim
raba
ma
reb
gis
tavi
cul
eve
col
sen
Gen
Ita
jur
jan
tur
tur
hæ
tul
pr

firmarentur, eum elegiſſent, & ſi id recuſaſſet, electio periclita-
retur, omnium ſententia neces-
ſaria quidem fuit iudicata privi-
legiorum jurata ſtipulatio, illam
tamen in communi factam mi-
nimè Regem obligaturam ſpe-
rabant. Palatinus etiam, ut om-
nem anxietatem religionis, in
rebus religionis ex animo Re-
gis eximeret, aſſerere non dubi-
tavit, etiam juratos Regni arti-
culos, ſervatis ſervandis, poſſe
everti; ſi Rex una cum Regni-
colis mutationi decretorum aſ-
ſentiretur, referente *Caraffa in*
German. ſacr. reſtaur. pag. 217.
Ita ſcilicet, fide nondum data, ac
juramento necdum præſtito,
jam de eo rumpendo delibera-
tum, imo & certum quid defini-
tum fuit, eodem *Caraffa*, qui
hæc, quaſi rem benè geſtam, re-
tulit, authore & promotore
præcipuo.

Octavò, *Vitanda quoque erit oc.* ^{8.}
L 4 *caſo,* *Caven.*

da ma-
levolo-
rum fe-
ductio.

casto, vitanda omnis persuasio, à fide
servanda abducens, & ad privilegi-
orum violationem quocunque sive
aperto, sive subdolo modo, impel-
lens, imprimis pravorum Consilia-
riorum & Susurronum, ad hoc la-
certis omnibus contra æquita-
tem omnem, ex irâ, odio & affe-
ctibus pravis, seducentium &
instigantium, quales olim erant
illi, qui Rehabeamo duriùs sub-
ditos tractandi, eorumquè liber-
tatem totaliter convellendi sua-
fores & persuasores erant. i. Reg.
12. Ac hâc in parte Annas Mo-
morantius Franciæ Comestabi-
lis, Vir alioquin laudatissimus,
peccâsse censetur, quòd in occu-
patione Civitatis Metensis de
privilegiis subditorum ex jure
tantùm Canonum (h. e. tormen-
torum & machinarum bellica-
rum) disputandum esse, Princi-
pem monuit, referente Eneke-
lio lib. 3. de priv. Iur. Civ. cap. 4.
n. 2. Nequè tantundem Clericis,
Con-

Concionatoribus & Ecclesiasticis personis tribuatur, ut eorum suafu contra rationem, se quis ad tesseram fidei & juramenti frangendam induci patiatur, qui sanè, cùm plurima, teste *Campanella de Monarch. Hispan. c. 18.* se posse norint, intempestivis clamoribus, tantas turbas sæpè excitant, ut iis sedandis remedium nullum par inveniatur. Talis erat ille satis, ex clandestinis puellarum castigationibus celebris Frater Cornelius Brugenfis, qui Belgarum Privilegia patibulo esse affligenda clamabat. *Meteran. lib. 8.* Tales fuerunt omnes illi, ex quorum ore & concionibus Franciscus Ravillacus Henrici IV. Galliæ Regis ficarius, interrogantibus, quid ad tantum scelus eum movisset? Reges occidere salvum esse, se audivisse, respondit. *Contin. Petr. Matth. lib. 6. pag. 349.* Tales erant illi Hispanorum Theologi,

qui Philippo II. Hispaniarum Regi persuadebant, religione periclitante, nulla esse privilegia, quibus jure teneri Princeps debeat. *Strad. Decad. 1. lib. 2. de bello Belg.* Tales sunt hodie bachantes illi Prædicatores, qui non pulpitis suis contenti & cathedris, etiam Curules sellas affectant, curiales operas & curas sibi arrogant, & de juribus regnorum, civitatum, oppidorum, personarum, locorum, &c. plenis buccis, ad raucedinem usquè clamosi, blaterant, quin & integris malè confarcinatis, ac hinc & inde exscriptis voluminibus dicenda, tacenda, scribenda, obliteranda publicant, censoriaquè virgula quoslibet pro libitu notant, quibus tamen, uti olim Pharisæis, ut plurimum in omnibus fidem habet vulgus, etiam si per invidiam de quopiam malè loquantur, adeo ut non solum Alexander Judæorum

Rex

Dur
Rex s
tius g
ribun
Phar
13. an
& He
conci
bus, n
lantin
gno
Thua
94. C
glia
clef
insti
fil. I
tem
olim
liæ
rum
qua
nuo
rum
ren
I.

Rex se non ob aliam causam totius gentis odium incurrisse moribundus agnoverit, quàm quia Phariseos offenderit. *Ioseph. lib. 13. antiq. Judaic. c. 23. & seq.* sed & Henricus IV. Galliarum concionatorum talium clamoribus, magis quàm omnium rebellantium armis, in capiendo Regno Galliarum præpeditus fuerit. *Thuan. lib. 76. 81. 86. 87. 90. 94. & c.* Rectè ergò Jacobus Angliarum Rex filium hortatur, ne Ecclesiasticos errare aut vagari ab instituto in suggestis sineret. *Basil. Dor. lib. 2.* & de ejusmodi tempestuosissimis clamantibus olim dicebat Henricus IV. Galliarum Rex, si uni beneficium duorum millium aureorum, alteri quatuor millia librarum in annuo reditu assignaret, effecturum se, ut omnes conticescerent. *Petr. Matth. lib. 2. narrat. 1. n. 7.*

Et hæc de remediis observan-

di & conservandi privilegia, ex parte concedentium dicta sufficient, quorum, si concedentes, quicumquè illi sint, æquam semper rationem haberent, utiquè non tantus armorum stridor, non tanta animorum divulsio, non tanta humani sanguinis profusio, miseria & calamitas hoc seculo Germaniam, Belgium, Britanniam, & quas non provincias? afflixisset. Non se Lusitania, non Belgium, non Gotholania Hispano subduxissent, non ex Septentrione salutem petere Germania necesse habuisset, Borussia etiam, patria nostra, Crucigerorum imperio adhuc subesset, si eidem jura & privilegia integra relicta, non verò modò carptim, modò plenâ & avarâ manu, adempta fuissent. Hæc privilegiorum violatio tantæ conversionis & mutationis unica causa est, quam nequidquam nunc multi, serò sapien-

Dura
 piente
 rant,
 sunt:
 mali,
 ademp
 liberta
 tantum
 eorum
 les p
 sunt,
 maleb
 variâ
 ciebar
 rum
 bi, ni
 inven
 pes o
 in s
 Deus
 gurtb
 am a
 possi
 impo
 tim
 cæde
 port
 esse

piantes, à se profectam deplorant, emendare neutiquam possunt: alii hoc inde reportârunt mali, ut salvis eorum, quibus ea adempta cupiebant juribus & libertatibus, nihil nisi infelix, & tantùm non extincta nominis eorum memoria, supersit. Quales præ primis Crucigeri illi sunt, qui dùm Crucifices esse malebant, ac subditos, tyrannide variâ excruciatos, crucigeros faciebant, eò redacti sunt, ut eorum nomina & ordinem nullibi, nisi in solis obsoletis paginis invenias. Optimè ergò Principes omnes fecerint, & quotquot in sublimi fastigio collocavit Deus, si illud *Salustii de bello Jugurth.* Vi quidem regere patriam aut parentes, quanquam & possis, & delicta corrigas, tamen importunum est, cùm præsertim omnes rerum mutationes, cædem, fugam, aliaquè hostilia portendant; sibi quoquè dictum esse sciant.

Ast non satis est à concedentibus privilegia & jura intacta servari, nisi etiam simul privilegiarii, quantum in ipsis est, eorundem observationi & conservationi invigilent, quod quidem faciunt, si quàm studiosissimè evitaverint, ne per abusum, non usum, rebellionem, ingratitude, ac similibus aliis modis, privilegiis semel impetratis, vel de jure, vel de facto excidant, de quibus amissionis modis infra peculiari capite copiosius tractabitur.

An & quantum adimētibus Privilegia resistere liceat?

Hoc verò in primis est quaestio, *an & quantum subdito, Principi privilegia, nullà justà de causâ adimēti, resistere liceat?* Quæ quidem quaestio, sive affirmetur, sive negetur, salebrosa satis est. Si absolutè affirmetur, armantur subditi ergà superiores, & rebellionis fenestra laxatur. Rectè enim Cicero in *Orat. pro domo suâ*. *Dare, ait, plebi licen-*

Durā
centiar
animis
ximè,
tate vi
giam:
plebis
re firm
gum b
fertim
tatis o
peritu
ment
cunq
ditos
vis co
gend
ciper
ne cu
effun
qual
tard
aut
& d
qua
suo
Tac

centiam & intuemini paulisper animis juventutem, & eos maximè, qui imminere jam cupiditate videntur in potestatem Regiam: Collegia, medius fidius, plebis tota reperientur, hoc jure firmato, quæ coëant de Regum bonis & vitâ, prædâ præsertim populari & spe immunitatis oblatâ. Si negetur, via aperitur superioribus fidem, jura-menta & promissionem quamcunque, pro nihilo habendi, subditos servos æstimandi, & quidvis contra jura & privilegia agendi, cum tamē expediat Principem habere, quem vereatur, ne cum Nerone se in libidines effundat, quas malè coercitas qualiscunque matris reverentia tardaverat. *Tacit. lib. 14. annal.* aut cum Tiberio in scelera simul & dedecora prorumpat, postquam remoto pudore & metu suo tantum ingenio utebatur. *Tacit. lib. 6. annal. in fin. Mediâ ergo*

ergò viâ hîc ambulandum erit, ne scil. subditis plus, quàm decet tribuatur, superioribus autem quicquam iniquè detrahatur.

Distin-
ctio in-
cer pri-
vilegia,

Omninò itaque *discernendum*, primò inter ipsa privilegia, & dispiciendum, quæ & qualia quis adempta cupiat. *Aut enim talia sunt, quæ primitiùs malis aut iniuris artibus impetravimus, aut etiam concedi non oportuit*, qualia cum nullo tractu temporis convalescant, si postea robur suum perdant, posterioribus & quidem melioribus cogitationibus concedentium adscribendum est, qui hoc modo errorem suum semel admissum, corrigere, & generalitati, totiquè communitati potiùs consulere, quàm fidem, quæ, quia initiò vitiosè data erat, ac proinde ipso jure corruerat, frangere voluisse, præsumitur. Non enim juxta *Senecam lib. 4. de benef. c. 38. Levitas*

Dur-
tas est
rore
tendu
ceptus
stultit
semel
xum r
pe, c
Aut s
tempo
primiti
frà fu
temp
centi
adim
etiam
decor
runt,
stere
seme
què
privi
E. G
rubr
perio
pter

tas est à cognito & damnato errore discedere, & ingenuè fatendum est; Aliud putavi, deceptus sum. Hæc verò superbæ stultitiæ perseverantia est, quod semel dixi, qualecunquè est, fixum ratumquè sit. Non est turpe, cum re mutare consilium. *Aut sunt suâ naturâ revocabilia, temporanea & ad beneplacitum primitus concessa* (de quibus infra suo loco fusius) eaque cum tempore & subsequente displicentiâ concedentium exspirare adimiquè posse tritum est. *Aut etiam ludicra sunt & talia, quæ nec decorem, nec utilitatem nobis adferunt*, quorum ademptioni resistere, ex re non est, etiamsi, quia semel data sunt, eis perinde atquè aliis ritè datis & obtentis privilegiis omninò stari deceat. E. G. si quis jure ceræ albæ vel rubræ utendi gaudeat, an, si superior ei jus hoc adimat, propterea acriùs resistet? an ad ar-

ma

258 *Caput X. De Privilegiis*
ma & tumultum descendet? Si
fapiat, utiquè eum neuti-
quam hoc facturum existimo, quemad-
modum vice versâ nec ludicra
hæc facillè superioribus bilem
movere solent, aut, ut concessa,
inferioribus adimant, inducere.
Leviter, rectè *Aëtes* inquit a-
pud *Agathiam lib. 3. bell. Goth.*
& quibusvis de causis moveri,
vel si fortè gravissimæ fuerint, &
tolerabiles tamen, & non omni-
nò absurdæ, vanissimum judica-
tur. At ingentia detrimenta &
insanabilia pati, continenter-
què & sine molestiâ ferre, requè
nullâ vel indecenti vel absurdif-
simâ commoveri, non sapientis
esse asseveraverim, sed calami-
tosi & timidi, & ejus deniquè,
qui sub imperitiæ nomine desi-
diam in Rebus publicis velit.
Malè itaque & magno suo cum
intertrimento Judæi, postea-
quam miles quidam nuda geni-
talia populo ostendisset, ad sedi-
tio-

Dur
tionem
nisi ca
gui po
cùm
turpit
postea
em Ju
citâri
tione
homi
runt
daic.
c. I
tâm q
terpre
pe ex
nien
ligio
entia
tia, a
um
lisqu
bon
quo
ner
om

tionem prolapsi sunt, quæ non nisi cæde viginti millium extingui potuit. Malè iidem, quod cum militum quidam reductis turpiter vestimentis inclinans posteriora sua vertisset ad faciem Judæorum, tumultum concitârint, quo durante, conculcatione mutuâ, suprâ decem millia hominum consumpta esse feruntur. *Ioseph. lib. 20. antiq. Iudaic. c. 4. & lib. 2. de bell. Iudaic. c. 11. Aut deniquè justa sunt tam quoad concessionem, quàm interpretationem privilegia.* Quippe ex pacto vel contractu obvenientia, statum publicum & religionem quàm maximè efficientia, libertatem nobis tribuentia, ac vim legum fundamentalium Regni & Reipub. habentia. Iisquè conservandis, quilibet bonus Civis invigilat, ii verò, quos suprâ alios in Repub. eminere Deus voluit, quales sunt omnes Magistratus inferiores,
Re-

Regni & Reip. Ordines, Curatores, Ephori &c. etiam resistendi iis, qui privilegia nullâ legitimâ causa interveniente, infringere annuntur, potestatem habent. Quia enim Principi resistitur eo fine, ut publicus status emendetur & reformetur, reformatio autem hæc status publici non est privatorum, sed eorum, qui publica autoritate gaudent, idcirco resistentiæ authores non debent esse merè privati, sed tales, qui vel ante habent publicam aliquam potestatem, vel in quos publico consensu potestas publica in eâ Reipub. necessitate confertur.

Resist
stentia
licita.

illicita.

Atquè ita *pro diversitate subditorum resistentiâ modo est licita*, si nimirum subditi non sint merè privati, sed publicâ autoritate muniti, *modo illicita*, si scilicet merè privati, & plebs eam sibi arrogare præsumat. Namquè hæc natura est multitudinis, aut servit hu-

Du
hum
tur.
nec
re se
iraru
avid
bejo
& ca
c. 73
lus,
peri
feste
tace
loqu
tratu
pare
nem
gum
Fran
stor.
puli
tè m
imp
fura
iraso
mov

humiliter, aut ſuperbè domina-
tur. Libertatem quæ media eſt,
nec ſpernere modicè, nec habe-
re ſciunt, & non fermè defunt
irarum indulgentes miniſtri, qui
avidos atq; intemperantes ple-
bejorum animos, ad ſanguinem
& cædes irritent. *Livius lib. 24.*
c. 73. Suspiciax ſimul eſt popu-
lus, & licet quandoquè nulla ſu-
periorum prævaricatio ſe mani-
feſtet, fingit eam; & nescit plebs
tacere, quando interdum & hoc
loquitur, quod à nemine perpe-
tratur. *Cassiod. 6. var. 18.* Im-
pares quoquè apud multitudi-
nem ſemper ſunt congreſſus ar-
gumentorum & ſuſpicionum.
*Franc. Bacon. de Verulamio in Hi-
ſtor. Henr. VII.* ac ita ferunt po-
puli vices; in contrarium repen-
tè mutatur, ad omnes affectus
impetu rapitur, nullaquè men-
ſura vituperat, laudat, miſeretur,
iraſcitur, ut quemquè præſens
moyet affectio. *Gramond. lib. 2.*
hiſtor.

262 *Caput X. De Privilegiis*
hiflor. pag. 168. Quid? quod si
resistentia cuius de populo, aut
cuius privato committeretur,
Respublica intestinis ac perpe-
tuis discordiis & seditionibus
non vacaret, cum populus non
ratione, sed impetu ducatur, non
consiliis, sed tumultibus rem a-
gere soleat, ac arduum non sit
multitudinem, quo velis, im-
pellere, regere & retinere diffi-
cillimum. *Stanisl. Lubienfki lib.*
2. de motu Civ. in Polon. pag. 68.
Exundabit semper, si unquam
populo resistendi potestas de-
tur, nec ullis repagulis vis hæc
semel laxata coerceretur, quod
ut vitetur, ad parendum quem-
que institui, admoneri, instigari
præstat, quam resistendum. Hinc
rectè *Salust. in Orat. 2. ad Cesar.*
Plebs Senatui, sicut corpus ani-
mo obediat, ejusque consilia
consequatur: patres consilio va-
lere decet, populo supervacanea
est calliditas.

In-

Dura

Inter
public
tum ge
suo de
ut jura
& illib
juriâ d
transm
la, qua
tunarum
corpor
Libert
instit
sed &
quo L
sibi dil
tiquè d
est, q
non un
stis &
Boccal
iam si
tio pot
pidus a
& nen
nima

Interea Ordines & Status Reipublicæ, ac in eadem Magistratum gerentes laudabiliùs officio suo defungi non possunt, quàm ut jura & privilegia facta, tecta, & illibata à quorumcunque injuriâ defendant, & ad posteros transmittant, imprimis verò illa, quæ conscientia, vitæ, fortunarum, animorum pariter & corporum libertatem afficiunt. Libertas enim non tantùm est inæstimabilis, *l. 106. ff. de R. I.* sed & donum pretiosissimum, quo Deus Opt. Max. gratiosè sibi dilectos beare solet, quod utique qui non agnoscit, cæcus est, qui non curat, fatuus, qui non unicè anhelat, sibi ipsi hostis & patriæ suæ malè cupiens. *Boccalin. 1. relat. 39.* Hanc etiam si periculosam, quieto servitio potiozem ducebat olim *Leptidus* apud *Salust. in fragm. lib. 1.* & neminem bonum, nisi cum anima simul amittere dicebat.

Privilegia ab Ordine Reipublicæ conservanda.

Mal-

In-

264 *Caput X. De Privilegiis*
Mallius. *Salust. in Catil.* Hæc
non minùs atquè fides & amici-
tia inter præcipua animi bona
refertur à Galba Imp. apud *Ta-
cit. lib. 1. hist.* Hæc vel unicâ ho-
râ in liberâ patriâ liberè frui vi-
ris bonis jucundum esse dicit *Sa-
turninus* apud *Ioseph. lib. 19. an-
tiq. Judaic. c. 2.* Hujus etiam pu-
eri tenaces sunt, ut constat ex
illo Neapolitanorum puerorum,
sefe inquisitioni Hispanicæ An-
no 1547. masculè opponenti-
um, & libertatem patriæ defen-
dentium exemplo, quod descri-
bit *Thuan. lib. 3.* Ad eandem de-
fendendam & fœminæ pronæ
sunt & emasculantur, exemplo
fœminarum Senensium Anno
1553. & Dithmariensium An-
no 1559. De quibus itidem
Thuanus lib. 12. & 22. Quin &
muta animalia libertatem natu-
râ datam tuentur. *Tacit. lib. 4.
histor.* Nam

qua

Du

Q

Horat

fanè q
gener
ut eti
in cor
cta, l
nat, se
alveo
lib. 1.
tanta
popul
tis fui
Nadro
eti, r
sed ad
libus
servitu
bert. V
hist. L
ergò &
anima
grent,
unijcè a

--- *Qua bellua ruptis,
Quum semel effugit, reddit se
prava catenis?*

Horat. 2. serm. 7. Apud Turcas sanè quædam est avis ex anatum genere, libertatis adeò retinens, ut etiam per totum triennium in corte nutrita, facultatem nata, libertatem saginæ anteponat, sedesquè naturales & suctos alveos volatu repetat. *Busbeq. lib. 1. epist. Turcic.* Deniquè tanta olim vel in agresti adhuc populo, apud Borussos libertatis fuit æstimatio, ut Ann. 1268. Nadrovitæ à Crucigeris acie victi, non è pugnæ modò loco, sed ædibus etiam & agris natalibus profugerint exiliumquè servituti prætulerint, teste *Albert. VVyuk Koialowicz. part. 1. hist. Lithv. lib. 5. pag. 133.* Cùm ergò & rationalia & irrationalia animalia libertatis amore flagrent, & privatus quisquè eam unjçè ambiat, adeptamquè con-

M ser-

Wyuk
Koialo-
wicz,

ferret, cur non potius Magistratus, sive sit supremus, sive subordinatus, custodiam libertatis curæ cordiquè sibi esse patiatur?

Qualis
libertas
confer-
vanda?

Oportet autem hanc libertatem, quam quis defensam cupit, aut defendendam suscipit, talem esse, ne dum eam gaudeamus, etiam à subjectione Dei, legum & summi Principis nos immunes esse existimemus, quod *Iulianus Imp.* sarcasticè obicit Antiochiensibus. *Iulian. in Misopog.* Falsò enim libertatis vocabulum obtenditur ab iis, qui privatim degeneres, in publicum exitiosi, nihil spei, nisi per discordias habent. *Tacit. lib. 11. anal.* Summa ista est licentia, non libertas, in quâ modus nullus inest, quæ humanas res contemnit, divinas verò fastidio atquè contumeliâ evertit, in quâ jurgia, maledicta, contumeliæ, seditiones & bella insunt civilia.

Vera

D
Ver
tas
imm
mod
uti
pus
apud
108.
tia
què
onen
Dith
nisse
nim
berta
ces,
runt
si ill
muli
meli
perp
Dei
pert
auct
tiam
tam

Vera autem illa & integra libertas immodesta non eſt, nequè immanis, nequè superba, sed modesta, morigera atquè mitis, uti eleganter loquitur Episcopus Cracoviensis *Zebrzydovius* apud *Orichov. lib. 5. annal. pag. 108.* Et quidem *nimia ista licentia & libertatis abusus*, quandoquè omnium libertatum amissionem gignere solet, id quod *Dithmarſis* Anno 1559. usu venisse historiae memorant. Hi enim diu se naviter pro patriæ libertate, adversus *Holsatiæ Duces*, & *Daniæ Reges* defenderunt, quâ postea insolenter abusi illi, ac nimia superbia cœci, multa protervè, multa contumeliosè in Deum & Vicinos perpetravère, quibus concitatâ Dei, quem adeo propitium experti hæctenus fuerant, irâ, & auctis hostium viribus, potentiam majorum virtute quæsitam, secordi ferocitate, mo-

268 *Caput X. De Privilegiarum*
mento amisere. *Thuan. lib.*
22.

Non
speciose
sed ve-
re.

Cautè quoque attendendum est, ne hi legum, privilegiorum, jurium & libertatum custodes, conatus suos pietatis nominibus cohonestent, & dum libertatem se defendere jactitant, ipsi imperium in Cives affectent, ac servitutem eorum, sub aliis involucris, moliantur. Non rarò enim libertas & speciosa nomina prætexuntur, nec quisquam alienum servitium & dominationem sibi concupivit, ut non eadem ista vocabula usurparet. *Tacit. lib. 4. hist.* Multique, ut imperium evertant, libertatem præferunt; si impetraverint, ipsam aggrediuntur. *Ibid. lib. 16. annal.* Sic Indis, extincto Alexandro, autor libertatis Sandrocottus fuit; sed titulum libertatis post victoriam in servitutem vertit, siquidem occupato regno, populum, quem ab externa do-

Du
domi
servi
c. 4.
sium
berta
verbo
bat, p
periu
auto
tem
dæ e
ceps
ædib
bu
strat
liavi
pag.
D
dibu
ven
tuen
illib
cerp
A
im
tam

dominatione vindicaverat, ipse
servitio premebat. *Iustin. lib. 15.*
c. 4. Sic Gualtherus Athenien-
sium Dux se Florentinos in li-
bertatem vindicaturum multis
verborum ampullis promitte-
bat, posteaquam verò omne im-
perium adeptus esset, confestim
autoritati eorum, qui liberta-
tem propugnabant, subverten-
dæ edixit, ne Magistratus deinceps
in Palatium conveniret, sed
ædibus privatis res ageret, Tri-
bunum Duces submovit, Magi-
stratumquè omni autoritate spo-
liavit. *Machiav. lib. 2. hist. Flor.*
pag. 109.

Deniquè istis libertatis custo-
dibus hoc quoquè observandum
venit, ut *constanter libertatibus*
tuendis invigilent, & florem hunc
illibatum conservent, non verò de-
cerpi & labefactari permittant.
Actum enim de illa est, si semel
imminuatur, ac viam semel tri-
tam omnes ambulare cupiunt.

Flos li-
bertatis
illiba-
tus ser-
vetur.

Hinc non absurde *Agrippa* ita *Judæos* alloquitur apud *Ioseph;* *lib. 2. de bell. Judaic. c. 16.* Libertatis bona sitientibus providendum atque certandum est, ne principio ea careant; molesta enim est novitas servitutis, quam, ne utiquè subeas, justum suscipi certamen videtur. Qui verò semel subjectus est, & deinceps deficit, contumax magis servus, quàm amator libertatis ostenditur. Cui conveniens illud *Iosephi* ipsiusmet ad *Judæos* *lib. 6. de bell. Judaic. c. 11.* Licet pulchrum sit, pro libertate pugnare, tamen id in principio decere fieri: semel autem subditum, qui multo tempore paruit imperio, Jugum excutientem malæ mortis cupidum, non libertatis amatorem videri.

Supereft, ut aliquid de mediis resistendi, ac resistentiæ gradibus adjungamus. *Est autem*

Resi-
stentia
duplex:

resistentia alia verbalis, alia realis.

Ver-

Dur
Verba
supp
nibus
etiam
intra
Verba
dere
prius
positi
renti
O

Si qu
jura
cibu
peri
pè a
gu
pre
tes f
& fi
inte
ora

Verbalis eſt, quæ in precibus, ^{Verbalis.}
ſupplicationibus, expoſtulationibusque conſiſtit. *Realis*, quæ ^{Realis.}
etiam ad factum deſcendit, nec
intra ſola verba ſe continet.
Verbalis realem ſemper præce-
dere debet, omniaque verbis
priùs experiri, quàm reali op-
poſitione decet, juxta illud *Te-*
rentii in Eunuch. act. 4. ſcen. 7.

Omnia priùs experiri verbis,
quàm armis,

Sapientem decet,

Qui ſcis, an qua jubeas, ſine
vi faciat?

Si quid ergò ſuperiores adverſus
jura & privilegia tentent, pre-
cibus mitiganda eòrum intem-
peries. Oratio enim blanda sæ-
pè ad lenitatem revocat, & lin-
gua pro animi ægitudine de-
precatrix iratas audientiũ men-
tes fleçtit. *Achil. Tat. lib. 3. erot.*
& ſicut temperata aquæ potio,
intestinatorum ardores; ſic lenis
oratio iras diluit. *Demophil. in ſi-*

milit. Unde prudenter Salomon Rex in *Proverb. c. 15. in pr.* Responsio mollis avertit excandescentiam, verbum autem molestum excitat iram. Neque quisquam adeò ferox est, quin non blanditiis & precibus sedari animus ejus tempestuosus queat, dummodò patientem dictis aurem præbeat.

Quòd si verò nullis precibus flecti queat animus ejus, qui privilegia pessundare intendit, *perspicendum, an fortè alium adhuc supra se superiorem vel comiter recognoscat*, eoque casu & hæc via tentanda est, & supplicationibus coram eo agendum, ut ita pudore in viam rectam deducamus, qui antea precibus nostris rejectis officium facere recusavit. Sin nullus sit, cujus auctoritatem observet, nec preces admittantur, sed posthabeantur, à *blanditiis ad expostulationes*, descendere licet; sed ita, ne unquam se subdi-

Du
subdi
seriæ
non f
lis er
di Le
nensi
num
lonia
capi
terce
gum
ti ex
pe
ptæ
diur
quo
soll
ner
exi
non
cea
gra
con
tim
par

ſubditos eſſe oblivifcantur, & ſeria iſtæ ſunt expoſtulationes, non ſeditioſæ, nec injurioſæ. Talis erat expoſtulationis illa Conradi Lezkaꝝ Prę-Conſulis Gedaniſis cum Crucigeris, Ordinumquę Boruſſię cum Rege Polonia, de quâ ſuprà hoc eodem capite prolixius actum fuit. *Interceſſionibus* etiam aliorum Regum, Principum, Civitatum uti expedit, quorum arbitrio sæpe multæ & graves ſunt diremptæ lites, cum iidem, ne incendium latiùs ſerpat, & vicinos quoque eorum parietes tangat, ſolliciti, controverſiam componere, motuſque ſedare, è re ſuâ exiſtimare, ac idcirco quidvis non agere, ut omne malum arceant, ſoleant. Et in hiſce dictis gradibus reſiſtentia verbalis conſiſtit.

Realis reſiſtentia conſiſtit partim in continuatione poſſeſſionis, partim in deſenſione ab injuriâ.

Con-

Conti-
nuatio
posseffi-
onis ne-
cessaria.

Continuationem possessionis voco, quando Privilegiarius contra omnem superioris violentiã, unicè Privilegio semel ritè impetrato inhaeret, & ne latum unguem inde discedit, id quod per ea, quæ suprâ attigi, omnino requiritur. Ruptura enim Privilegiorum non secus quam virginittatis difficulter farcitur, ubi semel eam admisimus, & in materiã hãc vel unum exemplum in consequentiam trahi solet. E. G. Borussia hoc gaudet privilegio, quòd dignitates & officia constituta & constituenda. Item castra & tenuræ nulli extraneo, sed solis indigenis conferri à Rege debent. *Iur. Municip. ter. Pruss. pag. 20.* Quod quidem privilegium Anno 1454. concessum, jam Anno 1472. violatum esse Borussia conqueruntur. *Schüz. lib. 8. fol. 356.* Et cum Anno 1519. Sigismundus I. Poloniae Rex Castellatum Pomeraniæ Johanni

D
hann
cont
Proc
rum
lent,
ti eu
prac
cavit
veris
ferre
Pruss
461
in g
Pol
han
iam
extr
& in
qua
run
just
cuj
spe
tion
bde
eò

hanni Balinski Nobili Polono
contulisse, Borufforum autem
Proceres pro Consiliario terra-
rum Prussiae eum recipere nol-
lent, *pro hac vice* tantum admit-
ti eum Rex petiit, ac unâ cum
præcipuis Regni Senatoribus
cavit, quod imposterum solis &
veris Indigenis dignitates con-
ferre vellet. *Jur. Municip. terr.*
Pruss. pag. 31. Schüz. lib. 10. fol.
461. Admiserunt ergo istâ vice,
in gratiam Regis Castellanum
Polonum, & quia possessionem
hanc interrumpi passi sunt, et-
iamnum hodie iteratis vicibus
extraneos sibi præferri vident,
& ingemiscunt. Sic vectigalia,
quæ Principes semel intende-
runt, vix unquam relaxant, hu-
jusmodi Regalia, ut vocant, ad
cujusque regni jus & libertatem
spectare, nec externæ modera-
tioni subjacere judicantes, *Cam-*
bden. part. 3. Elisab. pag. 351. ad-
eò ut Boccalin. cent. 2. relat. 82.

276 *Caput X. De Privilegiis*
rectè moneat, nullum homi-
nem, quamvis Nestoris annos
habentem, affirmare posse, se
unquam in Urbe vectigalia mo-
ri vidisse, cum & illa, quæ ad
tempus constituuntur, pro im-
mortalibus habeantur. Apud
Gedanenses Anno 1391. mo-
lendino conflagrato Crucigeri
à Braxatoribus ad annum tan-
tum præstationem frumentari-
am, quam *Masse* vocant, dupli-
cari obtinuerunt. Finito autem
anno hoc, & mortuo interim
Commendatore, successor ejus,
nihil sibi in hac conventionem
constare dixit, sed quia præsta-
tionem hanc invenit, continua-
vit. *Schüz. lib. 4. fol. 174. b.* Si-
militer se res circa portorium
habet, cujus medietatem civi-
tas Anno 1569. Regi Sigismun-
do Augusto ad vitam concessit,
Neugeb. lib. 8. hist. pag. 627.
extincto tamen Sigismundo et-
iamnum, & quidem perpetuâ

pa-

Du
pacti
eo n
Reg
Q
hanc
adhil
legia
bare
bene
quæ
tate
conf
quæ
fens
& I.
tural
dere
Just
nec
null
spes
apu
circ
om
nè
dan

pactione cum Stephano Rege
eo nomine Anno 1585. initâ,
Reges percipiunt.

Quòd si verò possessionem
hanc superioris facto ipso, & vi
adhibitâ interrumpere, ac privi-
legiarios de possessione detur-
bare præsumserint, poterint hi
beneficio defensionis uti, arma-
què ad sui & Reipublicæ liber-
tatem, jurium ac privilegiorum
conservationem inducere, vim-
què vi propulsare. Est enim de-
fensio juris naturalis, *l. 3. ff. de I.*
& I. & adversus periculum na-
turalis ratio permittit se defen-
dere, *l. 4. in pr. ff. ad L. Aquil.*
Justumquè est bellum, quibus
necessarium, & pia arma, quibus
nulla nisi in armis relinquitur
spes, teste *Pontio Herennii filio*
apud *Liv. l. 9. c. 2.* Hoc tamen
circa defensionem moderamen,
omnes Privilegiani observent,
nè defensionis terminos exce-
dant, sed eorum tutela semper

Ultimū
remedi-
um ar-
ma de-
fensiva.

Cum
moderamine
inculpata
tutelâ.

fit & maneat inculpata, propul-
sent arma, non inferant, om-
nemquè operam cum superi-
oribus in gratiam redeundi ad-
hibeant, nec unquam cultum iis
debitum ex oculis seponant, sed
ita eum oderint, ut quem amâsse
præstat, mox etiam, discussâ of-
fensionis nebulâ, majori ardo-
re sint amaturi. Principi enim
(quamvis malo) summum re-
rum iudicium Dii dedere, sub-
ditis obsequii gloriâ relictâ. *Ta-
cit. lib. 6. annal.* Hoc obsequi-
um, quantum salvâ libertate &
juribus licet, subditi semper &
ubiquè, etiam irato Principi,
præstent, quod dum fiet, dubi-
um non est, quin animum ejus
inflexum sint vel tandem infle-
xuri. Regum namquè Ducum-
què clementia non in ipsorum
modo, sed & in illorum, qui pa-
rent, ingeniis sita est: Obsequio
mitigantur imperia, teste Alex.
M. apud *Curt. 8. c. 8.* Nequè o-
vibus

Du-
vibus
test,
milita
ferico
simul
cundi
quipp
confis
malè
damn
ovibu
vitâ p
tur B

Actio
e

A
legio
vandi
stat,
gia c

vibus consultius quid esse potest, quàm ut obedientiæ & humilitatis arma, adversus immisericordes pastores expediant, simul etiam lacte, lanâ & fecunditate illos beent. In eo quippe summa felicitas Ovium consistit, quod Pastores gregi malè affecti, sibi ipsis maximum damnum inferant, vulneraque ovibus inflicta pastores propriam vitam privent, ut eleganter loquitur *Boccalin. I. relat. 88.*

C A P U T X I.

D E

*Actionibus propter Privilegia,
earumque probationibus.*

Actum est precedenti capite de conservatione Privilegiorum, eademque conservandi *mediis*, maximè *politicis*, restat, ut etiam de *medio* privilegia conservandi *juridico* quædam

280 *Cap. XI. De Actionib. propter*
dam dicantur, quod fit per mo-
dum actionis, quæ quidem actio
eò potissimum tendit, ut cum
suo modo superioribus resiste-
re concessum sit, per ea, quæ
præcedenti capite diximus, et-
iam *adversus privatos, & quotquot*
superiores agnoscunt, si fortè ever-
tendis juribus & privilegiis ali-
orum studeant, privilegiarii tu-
ti esse, seque defendere possint.

Comperit autem ei, qui pro-
pter privilegia agere velit, de
jure, *conditio ex lege*. Nam si
obligatio nova lege introducta,
nec cautum sit eâ lege, quo ge-
nere actionis experiamur, ex le-
ge agendum est, *l. un. ff. de cond.*
ex lege. Non autem expressè in
jure cautum est, quo genere a-
ctionis propter privilegia expe-
riendum sit, ac proinde condi-
tio ex lege privilegiario com-
petit, idquè vel propterea, quia
privilegium vim legis habet, *l. 1.*
in pr. de Const. Princ. §. sed &
quod.

Condi-
tio ex
lege.

Priv.
quod.
civ.
tùm p
quis e
one p
un. cū
nihil
lex.

Q
privil
etiam
comp
vileg
lium
versa
regali
ob co
dictio
quæ t
c. 12.
in §.
lib. 2
de fen
nem
suctu
cat,

quod. *Instit. de jur. nat. gent. & civ.* Quæ quidem conditio tum potissimum obtinet, cum quis ex certâ lege vel constitutione privilegium habet, *per d. l. un. cum hujusmodi privilegium nihil aliud sit, quam expressa lex.*

Qui verò ex consuetudine privilegia acquisiverunt, iisdem etiam *condictionem ex moribus* competere, dici potest, cum privilegiorum, regalium ac feudali-um natura non omninò sit diversa; In feudalibus autem, & regalibus in feudum concessis, ob consuetudines feudales conditio ex moribus datur, per ea, quæ tradunt *Rosenthal. de feud. c. 12. concl. 11. & 12. Iul. Clar. in §. feudum. quæst. 89. Vultej. lib. 2. de feud. c. 1. n. 12. Duaren. de feud. c. 18. n. 2.* Conditio- nem hanc, ex moribus vel consuetudine actionem ex lege vocat, eoquè *d. l. un. ff. de cond. ex leg.*

Condi-
ctio ex
mori-
bus.

propter
er mo-
m actio
ut cum
resiste-
a, quæ
us, et-
quotquot
tè ever-
egis ali-
iarii tu-
possint.
qui pro-
elit, de
Nam si
ducta,
quo ge-
ur, ex le-
de cond.
pressè in
enere a-
ia expe-
e condi-
io com-
ea, quia
abet, l. 1.
sed &
quod.

282 *Cap. XI. De Actionib. propter leg. trahit. Abusivè quidem & improprie, quemadmodum consuetudo improprie lex dicitur.*

Nonnunquam Principes vel alii status agunt ad revocationem & amissionem privilegiorum Civitatibus vel aliis concessorum, quo in casu *actio utilis bene-*

Conditio ex l. fin. C. de rev. donat.

nesfciaria, sive condictio ex l. fin. C. de revoc. donat. competit. Sicut enim directò agitur ad amissionem feudi aperti per Vasallum, *c. I. qua sit Princ. amit. feud. caus. c. I. §. item. si fidelis. quib. mod. feud. amit.:* Ita utiliter agitur ad amissionem seu revocationem privilegiorum *condictione, ex d. l. fin.* cum non minus, ut ab ingrato donationes, ita & privilegia revocari, æquum sit.

Processus Camerae.

Qui de processibus Camerae scripserunt, ad obtinendum processum contra Violatores privilegiorum requiri asserunt. 1. *Insinuationem privilegii Camerae & parti factam.* 2. Aut si

*Privilegii
si insinuationem
transfundo insinuationem
credatur
quod vult
propositum
missum
suo loco
test. Ga
Cum
aut pro
vere factum
bari ea
bentur d
sumtio
non habet
sint factum
de Cons
sumunt
l. 5. C.
de privilegii
fallit:
& in consuetudine
lia sunt*

si insinuatio facta non sit, *originalis privilegii supplicationi adpositionem ac transmissionem*, cum transumptis hâc in parte, quando insinuatio non præcessit, non credatur. 3. *Definitionem doli*, quod videlicet dolo malo, & ex proposito contra privilegia commissum sit, de quibus jam supra suo loco egi, ac fusiùs videri potest. *Gail. 1. obs. 1. n. 9. & seq.*

Cùm verò allegare privilegia, aut propterea actionem movere satis non sit, sed & probari ea oporteat, *quomodo probentur* dispiciendum venit. Præsumtio sanè in privilegiis locum non habet, sed cùm privilegia sint facti, & quidem alieni *c. 1. de Constit. in 6.* non utiquè præsumuntur, nisi probentur, per *l. 5. C. de jur. fisci. c. cum persona. de privil. in 6.* Id quod tamen fallit: 1. In *Privilegiis notoriis*, & in corpore juris clausis; qualia sunt privilegia *SCti. Vellejani*,

Privilegia quomodo probentur.

284 *Cap. XI. De Actionib. propter*
jani, Macedoniani, Studiofo-
rum, miserabilium personarum,
quæ, uti expressa & notoria, pro-
batione non egent, per *c. 9. de*
accus. Sed sufficit, ut quis eis
fruatur, si ostendat se esse fili-
um familias, studiosum, misera-
bilem, aut totalem personam,
quibus hæc privilegia primitus
sunt indulta. 2. In *Privilegiis*,
quæ *ex dignitate* competunt,
qualia sunt privilegia Episco-
porum, Doctorum & similium,
quo in casu, si quis se Episcopa-
tum possidere, aut Doctoris gra-
dum obtinuisse probaverit, ne-
mo privilegia ei competere ne-
gabit. *Omni*um autem *probatio-*
num evidentissima est, si litera Pri-
villegiorum integrè & originaliter
producantur, & à Judice inspici-
antur, d. c. cum persona de privil.
in 6 in quâ inspectione Jus Ca-
nonicum, Archiepiscopum du-
odecim hominum numero vult
esse contentum, *c. 4. extr. de fid.*
instr.

Privi-
instr. n
giorum
merus
ratur,
privile
tur, c
quàm
exami
Sed
litera e
sunt, c
erit?
casum
non fa
instr.
ordina
adhibe
stibus f
accurat
se, ac c
ostendit
inter al
thentic
tellexit
staban
privileg

instr. non quòd in omni privilegiorum inspectione tantus numerus, aut paulò minor requiratur, sed quòd in eo casu, ubi privilegium falsum esse arguitur, de quo casu *d. C.* loquitur, quàm exactè omnia & strictè examinari conveniat.

Sed quid si nulla privilegiorum Privilegia deperdita quomodo probentur?
litera extant, eaquè casu deperdita sint, quomodo id probandum erit? Respondeo difficulter, quia casum talem conquerentibus non facilè creditur, *l. 5. C. de fid. instr.* Interim modus probandi I. Testibus.

ordinarius, etiam hac in parte adhibendus, ita quidem, ut testibus fidedignis, rei scientiam accuratè habentibus, ea extitisse, ac casu aliquo deperdita esse, ostendatur, qui quidem testes inter alia, se ea, & quidem authentica, vidisse, legisse & intellexisse, sub juramento, attestabuntur, simul & tenorem privilegii exploratum habere, pri-

286 *Cap. XI. De Actionb. propter*
privilegiarios quoque in conti-
nuâ possessione & usu fuisse sci-
re, & palàm deponere tenebun-
tur, *per l. 5. 8. & 13. C. de fid.*
instr. Ac huc spectat, quod Ca-
simirus Poloniæ Rex, pro se, &
hæredibus suis, Borussis deper-
dita privilegia restituere ac re-
novare promiserit, si is, qui re-
novationem petit, in continuâ,
pacificâ & præscriptionem ha-
benti possessione ejus privilegii
se fuisse ostendat. *Iur. Municip.*
pag. 19. Ius Culm. lib. 1. tit. 5. c. 4.
Atque hoc ipso quoque motus
Frater Eberhardus de Senne, vi-
ces gerens Magistri Generalis
per Livoniam & Prussiam, con-
cessum olim ab Hermanno de
Salza, & Hermannno Balkone,
ast per incendium amissum Pri-
vilegium Culmense, Anno M.
CC. LI. restauravit, uti ex ipso
Privilegio diserte liquet. *Iur.*

2. *Munic. terr. Pruss. pag. 1.*

Instru-
mentis
aliis.

Secundò, probari possunt pri-
vile-

Privi-
vilegia
& docu-
planè du-
l. 5. & 7
authent
& in pri-
mationib
rum, pr
delicet
gistratu
tis, testa
thentic
strâsse,
& sigille
hoc mo
contulit
confeci
tio, cùm
probata
ut JCti
quàm p
C. 2. ex
de proba
Tert
onem pr
constite

privilegia deperdita instrumentis aliis
& documentis, simile quid aut non
planè dissimile in se habentibus per
l. 5. & 7. C. de fid. Instr. vel etiam
authenticis Copiis Notariorum,
& inprimis *transumptis* ac *vidi-*
mationibus publicarum Persona-
rum, prout vocant, quando vi-
delicet personæ publicæ & Ma-
gistratus, fide & sigillo consue-
tis, testantur, se privilegia au-
thentica vidisse, accuratè perlu-
strâsse, integra ac in Scripturâ
& sigillo illæsa invenisse, atquè
hoc modo fideliter descripsisse,
contulisse, ac copias earundem
confecisse, quæ quidem attesta-
tio, cùm plenam in se faciat, &
probata regulariter sit probatio,
ut J Ci loquuntur, hoc in casu
quàm plurimùm operabitur, per
C. 2. extr. de fid. Instr. c. 6. extr.
de probat.

Tertiò, per diuturnam possessi-
onem privilegium probatur, & si
constiterit proprietatem posses-
sio-

3.
Diutur-
nâ pos-
sessione.

propter
conti-
sse sci-
ebun-
de fid.
od Ca-
o se, &
deper-
ac re-
qui re-
tinuâ,
em ha-
ivilegii
lunicip.
t. 5. c. 4.
motus
anne, vi-
generalis
m, con-
anno de
alkone,
um Pri-
anno M.
i ex ipso
t. Iur.
Sunt pri-
vile-

288 *Cap XI. De Actionib. propter*
fionis, de quâ agitur, apud quem
esse, nullum præjudicium com-
parari potest propter amissio-
nem privilegiorum, l. 8. C. de
fid. Instr. Sunt, qui & *Iuramento*
privilegium stabiliri statuunt,
quorū tamen opinioni applau-
dere non possum, nec privilegii
amissionem, contra Violato-
rem, iuramento solo probari
posse puto, nisi id fortè in sup-
plementum semiplenarum pro-
bationum præstetur, aut quis ad
exhibendum privilegium offi-
cio Judicis compellatur, quod
alioquin se amisisse in præjudi-
cium tertii prætenditur, per l.
ult. C. de fid. Instr.

An &
jura-
mento?

An
Confir-
matio
ad pro-
bationē
anti-
quo-
rum
privile-
giorum
suffici-
at?

Deniquè & hoc quæstionis
est: *Si Originalia & antiqua Pri-
vilegia sint amissa, an ad probatio-
nem antiquorum privilegiorum suf-
ficiat producere confirmationem in-
sequentium Principum, originalis
Privilegii mentionem facientium?*
Torquent se circa hanc quæstio-
nem

Privi-
nem m
apud S
instr. e
n. 15.
quæ ve
tione p
respon
confir
novi da
solidat
vilegiu
extitisse
tis null
confir
referen
appare
auth. si q
quæ cor
necesse
matum
undè p
fos text
bi Chi
mentun
vel doc
ciens, ni

nem miserè J^Cti, uti videre est apud *Speculat. lib. 2. part. 2. de instr. edit. §. II. Gail. 2. obs. I. n. 15.* & alios. Sed facilè ex iis, quæ vel suprà *c. 9. de confirmatione privilegiorum* dicta sunt, responsio patet. Quia enim confirmatio per suprädicta, nil novi dat, sed tantùm data consolidat, utiquè necesse est, privilegium confirmatum unquam extitisse, alioquin, sicut non entis nullæ sunt qualitates, ita nec confirmatio, uti relatum in suo referente non est, nisi de relato appareat, *l. fin. ff. de probat. & in auth. si quis. C. de edend.* Ut itaq; confirmatio hæc subsistat, necesse est privilegium confirmatum priùs extitisse, idquè aliundè probari posse, per expressos textus in *l. fin. & d. auth.* ubi Chirographum vel documentum alterius Chirographi, vel documentum mentionem faciens, nil probat, nisi prius, cu-

N

jus

jus mētio fit proferatur, aut alia probatio exhibeatur. Probabitur autem quàm maximè, si confirmans in confirmatione, se privilegium ipsum vidisse, legisse, examinâsse attestetur, & in primis si illud verbotenus confirmationis literis inserat, tùm enim confirmatio hæc ex certâ scientiâ facta, æquè operatur, atquè ipsum privilegium authenticum priùs concessum, adeoquè cùm nullum dubium amplius restet, executioni mandandum, per *c. pen. extr. de Confirm. Vtil. & inutil.*

C A P U T XII.

D E

Privilegiolorum Iudice, Interprete & Interpretatione.

NON satis est ad stabilienda Privilegia actiones eorum nomine tribui, nisi sint, qui actiones

Interp

ones a
minen
tatesq
princip
suo loc
lant, ne
què &
infucat
enim e
si sint,
l. 2. §.
tantùm
no est,
tè custo
ducere
petenti
Quæ er
in lite
non eti
opera
præbea
itaquè
num, p
constet
casibus
legiis &

ones audiant, attendant, examinent & dijudicent, ambiguitatesquè, si quæ occurrant (quas principio statim evitandas esse suo loco docui) radicitùs tollant, nebulas discutiant, sensumquè & intellectum eorundem infucatum ostendant. Quantum enim est Jus in Civitate esse, nisi sint, qui Jura regere possint? *l. 2. §. 13. ff. de O. & I.* Et non tantùm leges ferre summo bono est, sed etiam sancita accurate custodire, & ad effectum deducere, transgressoresquè competentibus pœnis subjicere. Quæ enim legum erit utilitas, si in literis duntaxat consistunt, non etiam per ipsa facta atquè opera subditis utilitatem de se præbeant? *Nov. 161. in pr.* Ut itaquè Privilegiorum & actionum, propterea motarum, suus constet vigor, Judex etiam & in casibus dubiis interpret, privilegiis & privilegiariis de jure est

292 *Caput XII. De Privilegiis Iudicis,*
assignatus, & quidem is qui de-
dit. Solus enim is, qui privile-
gium concessit, de eo judicare,
illudquè interpretari potest. *l.*
1. 9. & 12. §. 1. C. de ll. l. 19.
de R. I. l. 43. ff. de vulg. & pup.
subst. c. cum venissent extr. de jud.
Hinc Imperator, quia ab eo Ju-
ra & privilegia potissimum de-
scendunt, Judex & Interpres pri-
vilegiorum suorum & Antecesso-
rum à J^Ctis nominatur, & ab eo re-
liqui Principes omnes & superi-
ores, quotquot privilegium con-
tulerunt. Quod tamen ita limi-
tat *Gail. 1. obs. 1. n. 15.* quando
disputatur de substantià Privi-
legii, vel quoties privilegium
tangit jus Principis, vel alterius
Concedentis, non si alterius Jus
concernat, quo in casu cognitio
etiam est Judicis ordinarii. Id
quod in tantum verum esse autu-
mo, si videlicet ex verbis quæ-
stio decidi vel inde probabili ra-
tione consequentia elici queat,
alio-

Judex
privile-
giorum
quis: &
inter-
pres?

Interpr
alioqui
subdito
mente
demum
ejus ef-
cta.
idoneu
à se &
torum
re tant
& sanâ
quilibet
verbor
Enenc
civ. cap
guit in
tuam,
inter te
ad cert
ad cert
us int
conve
conce
extr. a
unde
tatio

alioquin si controversia inter subditos difficilis oriatur, de mente & sensu privilegii, tùm demùm concedens immediatus ejus est interpret, per supradicta. Et quòd concedens solus idoneus & verus Privilegiorum, à se & Antecessoribus promanatorum, sit interpret, non in jure tantùm civili, sed & naturali & sanâ ratione situm est, cùm quilibet regulariter optimus verborum suorum sit interpret. Enenckelius *lib. 2. de priv. jur. civ. cap. 2. n. 14. & seq.* distinguit inter *interpretationem perpetuam, generalem, necessariam; & inter temporaneam, particularem, ad certum tempus probabilem, & ad certum negotium pertinens.* Prius interpretationum genus ei

Interpretatio duplex.

Generalis.

294 *Cap. XII. De Privil. Judice,*
extr. de sentent. excomm. Ut igi-
tur privilegium generale, quod
nimirum ubique & per totum
imperium valeat, solus condit
Imperator, sic interpretationem
quoque perpetuam, generalem-
que idem solus tradit, per *l. 191.*
ff. de R. I. l. 43. ff. de vulg. &
pup. subst. Ut item speciale fa-
ciunt privilegium, qui legem
specialem condere possunt, ita
specialem quoque suorum pri-
vilegiorum interpretationem ii-
dem facere possunt, per *l. antep.*
ff. de prator. stipul. Et hunc quo-
que refertur interpretatio,
quam consuetudo introducit,
uti privilegii sæpè causam dat,
ita etiam optima legum inter-
pres dicitur, *l. 37. ff. de ll.* Dici-
tur autem *privilegium speciale,* e-
jusque *interpretatio specialis,* re-
spectu privilegii præcedentis
generis, nimirum perpetuæ, ge-
neralis & necessariæ, non eorum
respectu, qui juri & imperio con-

Specia-
lis.

Inter
conce-
rum
lis &
Alter
nus
certo
pore
tantum
us ju-
cet p-
cultu-
juris-
nire
l. 13
In
orun-
quea-
quæ
priv-
ratio-
in v-
com-
rò s-
& v-
qua-
mel-

concedentis subjiciuntur, quorum intuitu, perpetua, generalis & necessaria meritò habetur. Alterum interpretationum genus *temporaneum & particulare*, certo nimirum & definito tempore, certoquè in negotio vim tantum habens, idem *Enekelius* iudicibus quibuscunque, licet privilegium concedendi facultate destituantur, dummodò jurisdictionem habeant, convenire scribit, per *l. 13. ff. de ll. & l. 13. ff. de testibus.*

Interpretatio tamen privilegiorum *ita fiat* necesse est, *ne torqueatur*, sed factò deserviat, nequè factum variare oportet, ut privilegio respondeat. Nam hâc ratione in torquendo jure, fraus, in variando factò, mendacium committetur. Utrobiquè verò servanda est simplex veritas, & verborum interpretatio nusquam tantum valere debet, ut melior sensu existat, *l. 3. C. de*

Interpretatione sit violenta & torta.

296 *Cap. XII. De Privil. Judice,*
lib. prater. Rectè ergò Anno
1538. in Comitibus Cracovien-
sibus sancitum est, privilegia si-
ve publica, sive privata, nullâ in-
terpretatione in alium, quàm
sonant, sensum verti; sed ita, ut
in suis tenoribus scripta sunt, &
non aliter intelligi debere. *Pri-*
lusius lib. 2. c. 1. fol. 382. Her-
burt. in Statut. Regn. Pol. tit. Li-
tera pag. 271. Adde, quòd ea,
quæ favore Privilegiariorum
constituta sunt ad læsionem il-
lorum interpretatione duriore
trahere, aut captiosa privilegia
facere non conveniat, *l. 25. ff.*
de ll. l. 8. ff. de prator. stipul.

Nec je-
juna &
cavilla-
toria.

Imprimis verò *vitanda* præter
absurditatem & contrarietatem
jejuna subtilitas & cavillatio, à fa-
cti & juris consideratione rece-
dens, ne interpretes tales cum
Nerva JC^{to} rideantur, qui per
fenestram monstraverat servos
detentos ob pensionem liberari
posse, quasi tunc scil. non vide-
ren-

rentur alienati ex ædibus, quia non essent egressi per Januam, *l. pen. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contr.*

Interpretatio autem omnis *di-* Interpretatio extensiva.
viditur communiter in *Extensivam & Restrictivam.* *Extensiva*

est, per quam verba legis ad casus similes extenduntur, qui in legibus quidem non exprimuntur, attamen rationabili quadam consequentiâ subintelliguntur. *Seu est*, quæ legem de certis rebus scriptam, de aliis, de quibus nihil scriptum est intelligit, ac de illis, quæ sigillatim in ea comprehensa non sunt, sed ad eandem utilitatem & scopum tendunt, accipit, *l. 10. 11. 12. & 13. ff. de ll.* Exemplum est in *l. 4. ff. de fund. dot.* ubi statuitur, legem ne marito liceat obligare aut alienare dotale prædium, plenius interpretandam esse, ut etiam de sponso idem juris sit, quod de marito, & in *l. 16. ff. de sponsal.*

ubi oratio Imp. Anthonini & Commodi, quæ quasdam nuptias in personam Senatorum inhibuit, de sponsalibus verò nil locuta est, etiam ad casum sponsaliorum extenditur, ut suppletur, quod orationi deest. *Restrictiva* est, per quam verba legis ex sententiâ seu ratione angustiore restringuntur ad solum casum expressum; *Vel* quando verba legis sunt generalia, sententia verò specialis, *l. 14. 15. 29. ff. de ll.* Exemplum est in *l. 11. ff. de in jus vocando.* Ubi edictum Prætoris, de non vocando in jus Patrono, ac pœna eo nomine sancita restringitur ac limitatur in eo casu, si libertum pœniteat, & actionem remittat, vel si Patronus vocatus non venerit, aut si non invitatus vocatus sit; licet edicti verba id non patiantur. Et in *l. 6. §. 2. de jur. patron.* ubi quamvis libertum, ne nubat, jurejurando adigere in-

Restri-
ctiva.

Int
inhi
lege
gene
re, q
prop
jure
puni
Q
JCi
exte
non
seqq
con
Al
Suth
13.
lò p
one
gia
mo
firi
pot
gi d
nus
nef
divi

inhibitum sit, nullaquè persona lege excipiat, tamen intelligendum est, de his legem sentire, qui liberos tollere possent, ac propterea si castratum libertum jurejurando quis adegerit, non punitur Patronus hâc lege.

Quamvis autem communiter ^{Privilegia an extensivè interpretanda?} JC^{ti} statuunt, interpretationem extensivam in privilegiis locum non habere, idquè per *l. 15. & seqq. ff. de ll. & similes*, evincere conentur, uti videre est apud *Althus. in dicaol. l. 2. cap. 16. Sutholt. dissert. 1. in Instit. thes. 13.* ex omnibus tamen, quæ paulò post dicentur, patet, pro ratione circumstantiarum privilegia non minùs atquè alias leges, modò rectè ampliari, modò restringi & limitari, imò ampliari potius & extendi, quàm restringi debere. Ita namquè Javolenus *in l. 3. ff. de const. Princ.* Beneficium Imperatoris, quod à divinâ scil. ejus indulgentiâ pro-

300 *Cap. XII. De Privil. Judice*
ficiscitur, quàm plenissimè in-
terpretari debemus. Et In-
nocentius III. *in c. 6. de do-*
nat. In Contractibus plena,
in testamentis plenior, in be-
neficiis quoquè plenissima est
habenda interpretatio. Quam-
vis autem legem hanc & Ca-
nonem multi JCtorum ad pri-
vilegia propriè non pertinere
statuant, & nescio quàm sub-
tilem differentiam inter *bene-*
ficiium & privilegium effingant,
uti liquet ex eis, quæ fusè habet
Tapia in rubr. ff. de Con. Princ.
c. 4. 5. 6. & seqq. Cur tamen lex
hæc ad privilegia non pertineat
nullam rationem invenio. Con-
tinetur quippe regula hæc Ja-
voleni sub Rubrica *de constitut.*
Princip. cujus species est Pri-
vilegium. Habet etiam notò-
riè privilegium, imprimis re-
ale, suas ampliaciones & ex-
tensiones: occupatur circa res
non solùm odiosas, sed & fa-
vora-

vorabiles, adeoque non restringi, sed ampliari meretur. Proficiscitur denique non minus sæpè à divinâ Imperatoris indulgentiâ, quam beneficium etiam strictissimè sumptum, ac idcirco etiam plenissimam interpretationem admittit. Et perabsurdum, perquè temerarium est, libertatem Principum quenquam astutâ interpretatione, non ad augmentum, sed diminutionem convertere velle, per *l. 2. C. de præpos. agent. in reb. l. 12.* adeò ut ex his rationibus communi JC^{torum} calculo receptum sit: Privilegia *contra dantem* regulariter laxam interpretationem admittere, *contra tertium* non item. Operæ pretium itaque erit, paucis, quando privilegia extendenda, & deindè, quando sint restringenda, indicare.

Privilegia ergò & beneficia

N 7

(nam

302 *Caput XII. De Privil. Judice*
(nam hæc duo hac in parte non
secerno) late interpretari possumus
regulariter, quoad verba, res, perso-
nas, tempus, locum, solennitatem
& validitatem; idquè regulari-
ter, nisi ex eorum sint genere,
quæ nullam extensionem reci-
piunt, sed restringere oportet,
de quibus paulò post speciatim
tractabitur.

Quoad verba Interpretatio
Privilegiorum ita facienda est,
Extensio quoad verba.
ut privilegia cum effectu intel-
ligantur, per l. 1. §. 2. ff. quod
quisquè jur. & ut aliquid operen-
tur, c. si Papa. de Privil. in 6.
nequè verba Privilegii perinde
atquè contractuum & aliarum
dispositionum frustranea & elu-
soria esse debent, per l. 22. ff. de
contr. empt. l. 109. ff. de legat. 1.
Mens quoquè verborum magis
respicienda & intentio, quàm
propria significatio, præsertim
si ex verbis resultat iniquitas, per
l. 16. ff. de ll. & l. 13. §. 2. ff. de
ex-

excus. Quia non in verbis, sed in sensu; non in superficie, sed in medullâ; non in sermonum foliis, sed in ratione privilegii favor, ut verbis Canonum de Euangelio utar, *c. 64. caus. 1. quæst. 1.* consistit. Quin etiam verba ad alium sensum, vel planè extraneum, si res alioquin salva esse nequeat, trahi possunt, per *l. 4. C. d. V. S. & l. 23. C. de legat. &* quidem contra concedentem ipsum, in casibus dubiis, ut qui verba potuisset & debuisset apertiùs concipere, per *l. 39. ff. de pact. l. 172. in pr. & §. 1. ff. de R. Juris.* Nec minùs, ubi dubium aliquod in verbis occurrit, benigniorem & humaniorem interpretationem sequi non minus iustum est, quàm tutum, *l. 3. in princ. ff. de his qua in test. del. l. 56. ff. de R. I. &* quoties dubia est libertatis interpretatio, secundum libertatem respondendum erit, *l. 20. ff. de R. I.*

Hu-

Humanior autem sententia est, quæ pro eo, de cujus incommodo agitur, facit *l. ult. C. qui bon. ced. poss. l. 88. ff. de condit. & dem.*

Cùm verò longum iter sit per præcepta, breve & efficax per exempla, teste *Seneca Ep. 6.* exemplis rem illustrabo. Si quis ergò alicui per privilegium aut beneficium domum conferat, nullâ factâ mentione horti appertinentis, aut Insulæ domui junctæ, non minùs hortum & insulam contulisse intelligitur, per *l. 91. s. pen. & ult. ff. de legat.*

3. Similiter si quis hisce verbis: Ille aut ille sibi beneficium hoc habeat; privilegium alicui tribuat, ne iniquitas aliqua inde resultet, & elusoria fiat concessio, particula **A U T** resolvenda est in particulam **E T**, adeoque in privilegio nominato beneficii usus relinquendus, per *l. 4. C. de V. S.*

Quoad
res.

Quoad res, privilegia ita exten-

ten-

Inte
tens
de a
tur,
latâ
à Pr
mo,
bitu
cori
re su
pos
nen
Vac
bon
iam
21.
cess
acce
12.
lati
lib.
trad
quã
qu
nar
per

tionem admittunt, ut etiam de appertinentibus intelligantur, requè per Privilegium collatâ esse dici possint. Sic collatâ à Principe possessione vel domo, hoc verbo ea vis continebitur, cum adjacentibus & pectoribus & fructibus, & omni jure suo, ut ea quæ ad instructum possessionis vel domus pertinent, tradenda sint, *l. 2. C. de bon. Vacant. lib. 10.* Imò Princeps bona concedendo, videtur etiam obligationes concedere. *l. 21. ff. de V. S. & beneficium concessum in principali, etiam ad accessorium extenditur, arg. c. 12. extr. de decimis.* De quibus latius videatur *Moller. in Semestr. lib. 4. c. 21.* Et *Tiraquell. de retract. §. 1. gloss. 18. n. 13.*

Quoad Personas privilegia Quoad
quàm maximè extenduntur, ita per-
sonas.
quod sæpè de personâ in personam transeant, vel etiam ultrâ personam privilegiatam, alia
iif-

306 *Cap. XII. De Privil. Judice*
iisdem fruuntur. Sic Privilegiis
pro se & liberis indultis, etiam
Nepotes & pronepotes, & tam
filia, quàm filii fruuntur. *l. 56.*
§. 1. & l. 220. ff. de V.S. quòd
si verò cuipiam pro se & paren-
tibus data sint, etiam ad avum
& aviam, proavum & proaviam
referuntur. *l. 51. de V.S.* quem-
admodum & mihi descendentibus
meis datum privilegium, ex
fœminis quoquè natos includit,
Novell. 118. cap. 1. l. ult. in princ.
C. de legit. hered. Privilegiis fi-
liorum Senatoris, etiam adopti-
vi, emancipati, & post mortem
patris nati gaudent. *l. 5. & 6. ff.*
de Senator. Privilegia militum
etiam filiis eorum tribuuntur, *l.*
8. C. de quæst. Decurionum filii,
jure patris, bestiis subjici neque-
unt, *l. 12. C. de pæn.* Privilegio
mariti Uxor quoquè (dummo-
dò tale sit privilegium, quod in
fœminam cadat) potitur, ejus-
què radiis coruscat, *l. 8. ff. de Se-
nator.*

Inte
nator
princ
13. C.
vers
seun
iifde
ff. de
su &
rum
pote
veni
mur
libu
eor.
mn
bus
eis v
ter
ea, c
Sim
bus
con
ver
nic
pet
2. a

Judice
privilegiis
, etiam
& tam
l. 56.
S. quòd
parent-
d avum
oaviam
. quem-
ndenti-
ium, ex
cludit,
in princ.
privilegiis fi-
adopti-
mortem
& 6. ff.
militum
ntur, l.
um filii,
neque-
privilegio
ummo-
quod in
e, ejus-
ff. de Se-
nator.

Interprete & Interpretatione. 307
nator. Novell. 105. cap. 2. in
princ. l. 1. C. de in jus vocand. l.
13. C. de dignit. in 12. Et vice
versâ habitatione, aut jure tran-
seundi uxori concessio, maritus
iisdem quoquè gaudebit, l. pen.
ff. de servit. leg. l. 4. S. 1. ff. de u-
su & habit. Beneficium Palatino-
rum ad filios eorum atquè ne-
potes ipso ordine sanguinis per-
venit, atquè immunes à cunctis
muneribus sordidis & persona-
libus permanent, l. 1. C. de priv.
eor. qui in sacr. palat. mil. quæ o-
mnia tamen viventibus patri-
bus filiis tantùm perpetuantur,
eis verò extinctis, nisi speciali-
ter collata fuerint, expirant, per
ea, quæ suprà suo loco dicta sunt.
Similiter privilegium fori civi-
bus concessum, etiam incolis
competit, quemadmodum vice
versâ, privilegia incolarum mu-
nicipibus etiam ordinariis com-
petunt, per ea, quæ habet Gail.
2. obs. 35. n. 6. ita ut, qui privi-
legia-

308 *Cap. XII. De Privil. Judice*
legiatus non est, si tamen rem
communem cum privilegiato
habeat, privilegiis privilegiati
simul gaudeat, *l. 10. ff. quemad.*
servit. amitt. Re etiam in litem
deductâ, is qui nullum privile-
gium habet, privilegiati secum
in judicio disceptantis privile-
giis gaudeat, adeoque privilegi-
um uni litigatorum concessum,
alteri quoque profit, per *l. ult.*
C. de fruct. & lit. expens. Id quod
multis distinctionibus explicat,
Dyn. ad. reg. 12. jur. Canon. in 6.
n. 4. Hûc pertinet, quod ad vi-
tandum, ne privilegium redda-
tur inutile, privilegium in se
concessum etiam ad ministros
quandoque & familiam exten-
ditur, per *l. 41. §. 2. ff. de ex-*
cusat. & auth. habita. C. ne filius
pro pat. c. 11. de priv. in 6. quâ
de re jam suprâ *cap. 3.* actum
est.

Quoad
tempus.

Quoad tempus privilegium
extenditur, non tantum ad præ-
sentia

Intè
sentia
ra &
c. 22
scop
decin
remi
terita
larite
sio si
sentia
cont
de se
pign
post
in pr
gat.
nos
tura
res p
de lu
c. cog
quan
redit
quif
facta
collo

sentia & acquisita, sed & ad futura & acquirenda. Liqueat hoc ex *c. 22. extr. de privil.* Ubi Episcopus remittens alicui Ecclesiæ decimas Episcopales, inde finitè remisisse videtur non solùm præteritas, sed & futuras. Et regulariter omnis generalis promissio significat, sive quod in præsentia, sive quod post tempus contentionis contigerit, *l. 23. ff. de servit. pradior. urb. & grege* pignori obligato vel legato, quæ postea nascuntur, tenentur, *l. 13. in pr. ff. de pignor. l. 21. ff. de legat. 1.* Obligatioquæ rerum ad nos pertinentium, res etiam futuras comprehendit, *l. fin. C. quæ res pign. obl. poss. l. fin. §. pen. ff. de liberat. legat.* Hûc etiam facit *c. cognovimus. 12. quæst. 2.* Ubi quarta debetur clericis, etiam de redditibus Ecclesiæ noviter acquisitis. Et in summa, dispositio facta per nomina universalialia collectiva, qualia sunt grex, peculium,

310 *Caput XII. De Privil. Judice*
culium, patrimonium, hæreditas, collecta, &c. semper includit argumentum superioris, & comprehendit futura per *d. l. 13. ff. de pignor. d. l. 21. de legat. 1.*
Ratio est, quia in Universalibus semper dicitur manere idem status rerum, etiamsi aliquid addatur vel minuatur, per *dd. ll. & accessio hæc, seu augmentum non est extrinsecum, vel intrinsecum & substantiale, cum naturaliter grex augeatur. Hinc etiam pertinent ea, quæ supra de duratione & perpetuitate privilegiorum dixi, unde consecrarium hoc erui potest: Privilegia etiam ratione temporis ita interpretanda esse, ut quàm maxime durent & conserventur, per ea, quæ supra fusiùs sunt deducta, hinc verò repetere opus non est.*

Quoad
locum.

Quoad locum quoquè privilegia latam interpretationem admittunt, ita quod uni loco concessa

Inter
cessa e
tur.
privil
iam a
(intel
2. c. 4
ni sub
bus ho
tione
87. 12
diosis
dictis
ubi, si
Eccles
dicto.
& con
ligun
in 6.
ad eo
morar
nos p
& qui
triam
Reip.
ff. ad
Quo

cessa etiam ad alium extendan-
tur. Sic per hanc extensionem
privilegia Civitati concessa, et-
iam ad Suburbanos pertinent
(intellige juxta *Tholos. de Rep. l.*
2. c. 4. n. 3. eidem jurisdic-
tioni subjectos) quia in favorabili-
bus homines suburbani appella-
tione civium veniunt, per *l. 2.*
87. 134. ff. de V. S. imò & in o-
diosis, uti in Ecclesiasticis inter-
dictis & excommunicationibus,
ubi, si Civitas, villa aut castrum
Ecclesiastico subjiciuntur inter-
dicto, illorum suburbia quoque
& continentia ædificia subintel-
liguntur, *c. 17. de sent. excomm.*
in 6. Similiter & Incolatus non
ad eos tantum, qui in oppido
morantur, pertinet, sed ad vici-
nos per *l. 239. §. 2. ff. de V. S.*
& qui ex Vico ortus est, eam pa-
triam habere intelligitur, cui
Reip. Vicus iste respondet, *l. 30.*
ff. ad municip.

Quoad solennitatem & validita- Quoad
tem. solenni-
ratem

& val-
ditatem

tem. Deniquè privilegia latè interpretanda sunt, quia in privilegiis in primis Principum, quilibet soluti, & tantò minus solennitatibus istis & apicibus Juris adstricti, non attendendum, an omnia solennia circa privilegii collationem celebrata fuerint, sed interpretatio ita facienda, ut actus quomodocumquè celebratus subsistat, suumquè valorem retineat, per *l. 20. ff. de R. I. & l. 12. ff. de reb. dub.* Hinc est quòd donationes, quas Imp. in conjugem suam, vel illa in maritum contulerit, illicò valeant, & plenissimam facultatem habeant, utpotè imperialibus contractibus, legis vicem obtinentibus, minimequè opitulatione aliquà extrinsecùs egentibus, *l. pen. C. de donat. inter vir. & uxor.* Similiter, quamvis privilegia in chartâ vel membranâ consignari moris sit, & solennitatis, privilegium

Inter
legiu
do co
tabul
dum
bus E
prom
tam,
reper
ex a
habe
digni
quid
Sozoz
tantu
tensu
casib
inter
cont
runt
nunc
R
privi
In o
odio
de lib
est,

legium tamen quocunquè modo concessum tenet, vel in levi tabulâ consignata, quemadmodum Imp. *Theodosius* olim Ducibus *Eugenii Tyranni*, auxilium promittentibus, cùm nec chartam, nec atramentum petitum reperiret, accepta tabula, quam ex adstantibus quidam fortè habebat, adsignavit præclari ac digni exercitus præfecturam, si quidem promissa adimplerent. *Sozomen. lib. 7. hist. c. 24.* Et tantùm de interpretatione extensivâ, quæ tamen in iis tantùm casibus obtinebit, qui strictam interpretationem, priori planè contrariam, de jure non requirunt, de quâ interpretatione nunc dicendum restat.

Restrictiva verò *interpretatio* privilegiorum *adhibenda* est. I. *In odiosis*, quia annullatio actus odiosi est favorabilis, per *l. 2. ff. de lib. & posth.* Odiosum verò est, quod in odium aliquorum

Restrictiva
obtinere.

I.

In odiosis.

O

datur,

314 *Cap. XII. De Privil. Judice,*
datur, & pœnam vel odium con-
tinet, ac juri communi vel æqui-
tati totaliter repugnat, id quod
non tam ex re ipsâ, & privilegio
in se, quàm ejusdem effectu cog-
noscutur. Et hûc pertinet *c. 15.*
de R. I. in 6. Odiâ restringi &
favores convenit ampliari. Et
l. 42. ff. de pœn. Interpretatio-
ne legum pœnæ molliendę sunt
potiùs, quàm asperandę, & *l.*
155. §. pen. ff. de R. I. In pœ-
nalibus causis benigniùs inter-
pretandum est, seu ut loquitur
reg. 49. de R. I. in 6. In pœnis
benignior interpretatio est fa-
cienda. Intellige, nisi ubi par ra-
tio, vel major subest, *l. 12. ff. de*
ll. l. 3. ff. ad L. Pomp. de parr.
Vel etiam utilitas publica & e-
normitas delicti extensionem
requirat, ut in crimine læsę Ma-
jestatis, de quâ limitatione plu-
ra qui volet, inveniet apud *Ni-*
col. Everhard. in Top. in loco à ra-
tione legis larga & c. Peck. ad reg.

Inte
15.
Cor
2.
obti
cium
verg
jusp
ris f
C. d
teriã
ad q
3
qua
stria
quin
quic
pub
pro
10.
ut c
con
ptio
non
nec
ster
nis

15. jur. Can. n. 4. 5. 6. & seq.
Coras. de arte jur. part. 4. c. 8.

2. Restrictiva interpretatio
obtinet in *privilegiis*, in *præjudi-*
cium, *damnum vel injuriam tertii*
vergentibus, quia in injuriam cu-
juspiam beneficia tribuere mor-
ris sui esse Imperator negat, *l. 4.*
C. de eman. liber. ac de hac ma-
teriâ jam supra *cap. 6.* actum est,
ad quod lectorem remitto.

2.
In præ-
judicio-
fis ter-
tio.

3. Similiter & illa privilegia,
qua utilitati publica sunt damnosa,
strictam interpretationem re-
quirunt, quia generaliter, quic-
quid contra jus vel utilitatem
publicam in quolibet negotio
profertur, non valet, *l. jubemus.*
10. C. de SS. Ecclesiis. Hinc est,
ut cum alicui & suis hæredibus
conceditur immunitas & exem-
ptio à muneribus, per hæredes,
non nisi masculi intelligantur,
nec immunitates generi & po-
steris datæ, ad eos, qui ex fœmi-
nis nati sunt, pertineant, *l. 1. §. 1.*

3.
In da-
mnosis
utilitati
publicæ

316 *Cap. XII. De Privil. Judice,*
& 2. ff. de jur. immun. Secus es-
set, si privilegium immunitatis
concessum sit alicui pro se & de-
scendentibus, quia privilegium
sub nomine posteritatis concef-
sum, refertur tantum ad nomen
familix, l. 13. ff. de muner. & ho-
nor. quæ in natis ex masculis
consistit, cum, qui nascuntur,
patris non matris familiam se-
quantur. l. 196. §. 1. ff. de V. S.
Appellatione verò descendenti-
um veniunt omnes in infini-
tum, tam ex sceminis, quam ma-
sculis nati. *Novell. 118. c. 1.*
quemadmodum & appellatione
liberorum utriusquæ sexus liberi
continentur. l. 56. §. 1. de V. S.
Propter utilitatem publicam et-
iam privilegium immunitatis ab
omni munere habens, non exi-
mitur ab oneribus, quæ impo-
nuntur ad portas, & murorum
instaurationem sive instructio-
nem, l. 6. C. de oper. publ. Cum
ad talia onera etiam Ecclesia te-
nea-

Inte
neat
cles.
4
affici
inter
intel
tatis
inter
cont
privi
subd
se de
gia
dent
loco
eum
accip
cum
exer
singu
nim
fuet
ex p
tra n
S
quit

neatur. l. 7. C. de SS. Eccles.

4. Privilegia *jus superioritatis* ^{4.}
afficientia strictè, & quidem ita
interpretari convenit, ut semper
intelligentur *salvo jure superioritatis* concessa. Privilegii enim
interpretatio non debet verti
contra autorem, ita quòd per
privilegia subditi desinant esse
subditi, sed quòd tantò magis esse
debeant subditi, cùm privilegia
propriè non nisi subditis
dentur, per ea, quæ suprà suo
loco dicta sunt. Et quis dubitat,
eum, qui privilegium libertatis
accipit, leges alterius agnoscere,
cùm privilegium non sit, nisi
exemptio à jure communi, l. *jus*
singulare. ff. de ll. Confitetur enim
aliam esse legem vel con-
suetudinem, qui ea, quæ gerit,
ex privilegio sibi vendicat, c. *con-*
tra morem 8. dist. 100.

5. Privilegia *ambitiosa & ini-* ^{5.}
quitatem secum trahentia, etiam

Ambi-
tiosis &
stri-
iniquis,

strictè interpretanda sunt, per *c. 4. de prabend. in 6. & l. 43. de vulg. & pup. subst.* ubi testamenti factio per interpretationem alicujus concessionis & beneficii à Principe indulti nemini esse conferenda dicitur, cùm beneficium Principis iniquum esse non debeat.

6. *6. Privilegia personalia*, quia cum personâ extinguuntur, etiam strictam interpretationem regulariter requirunt, per ea quæ suprâ *c. 2.* copiosè sunt allata. Hinc est, quòd Privilegium personale ad hæredem extraneum non extenditur, quia qualitas privilegii mutatione personæ, quæ alterius est conditionis, immutatur, & per consequens privilegium extinguitur, *l. 68. ff. de R. I.* Privilegium etiam certæ personæ concessum, restringitur solummodò ad illas personas, quarum specificam mentionem facit, per *c. sanè de privil.*
Est

In per-
sonali-
bus,

Inter

Est e
privat
com
extra
ditur
gio a
to, q
tend
quod
habe
ctun
gati
ptus
toni
l. 56
inde
dign
in
per
tequ
câ,
ff. a
Cath
secu
teno
rest

Est enim privilegium quasi lex privata, non autem generalis & communis omnibus ac idcirco extra suos terminos non extenditur. Idem obtinet in privilegio alicui, tanquam viventi dato, quod ad defunctum non extenditur per *l. 191. ff. de R. I.* quod tamen secus se in Principe habet, nam quod Principi relictum est, qui antequam dies legati cedat, ab hominibus ereptus est, ex constitutione D. Antonini, successori ejus debetur, *l. 56. ff. de leg. 2.* sine dubio exinde, quod licet Imp. moriatur, dignitas tamen ejus & officium in successore continuetur & perduret, undè in Augusta, antequam dies legati cedat, extincta, contrarium disponitur, *l. 57. ff. de leg. 2.* An autem privilegia Catholicis data, reformatione subsequuta, ad Evangelicos quoque extendi, an verò ad solos Catholicos restringi debeant? altioris est in-

320 *Cap. XII. De Privil. Judice &c.*
daginis. Silesii in suis gravami-
nibus Anno 1635. publicatis,
Euangelicum Magistratum sub
hoc prætextu remotum passim
in Silesiâ, & Catholicum suffe-
ctum esse conqueruntur, & re-
ctè quidem, quia illa privilegia,
quæ Universitatibus, Civitati-
bus & Communitatibus dantur,
non censentur esse personalia,
sed realia, adeoque nullâ habitâ
distinctione religionis in Magi-
stratibus & Civibus communi-
tatis privilegiatę perpetuari de-
bent. l. 4. s. 3. de censib.

7.
In non
cogita-
tis.

7. *Privilegium* quantumvis
amplum, ad incognita & non cogi-
tata non extenditur, per l. 18. s. 1.
de damn. inf. l. fistulas. s. fin. de
contrah. empt. & cap. 9. extr. de
decim. quemadmodum etiam
jurata renunciatio beneficii ad
non cogitata nõ extendi potest,
quin potiùs is, qui beneficium
abjuravit, si denuò eligatur, illud
fufcipere potest, c. 2. extr. de re-
nunciat.

CA-

C A P U T X I I I .

D E

*Amissione Titulorum totali
voluntaria, tacita, & ex-
culpâ.*

A Missio Privilegiorum est Totalis
amissio
& per-
petua. vel *totalis & perpetua*, vel *partialis & temporanea*. *Totalis & perpetua* est, quâ privilegia totaliter & ad perpetua tempora perimuntur & extinguuntur. *Partialis & temporanea* est, quâ Partia-
lis &
tempo-
ranea. effectus eorum ad tempus, & ex parte, propter certa intervenientia impedimenta, videlicet necessitatis, belli, pestis, &c. suspenditur & cessat. Illam distinctionis gratiâ generali & proprio nomine **A**MISSIONIS, hanc **C**ESSATIONIS & **S**USPENSIONIS nominare lubet. Est autem *amissio totalis* iterum duplex: *Voluntaria & mi-*

O 5 *nis*

322 *Caput XIII. De Amissione*

Totalis
Volun-
taria.
Vel Ta-
cita.

Vel Ex-
pressa

nus voluntaria. *Voluntaria est, vel tacita, vel expressa. Tacita est, quæ fit vel facta aliquo tacite mentem alicujus exprimente, videlicet renunciatione tacitâ, per non usum, & actum contrarium, vel negligentia & culpâ aliquâ, ut per delictum, abusum, ingratitude, &c. Expressa, quæ voluntate nudâ & simplici, uti renunciatione expressâ & cessione contingit. De hisce omnibus amissionis modis, jam tractandum restat, id quod etiam aggredimur, & quidem ita, ut hoc capite modi amissionis totalis voluntariæ ex culpâ, seu tacitæ, sequentibus suo ordine modi amissionis totalis voluntariæ expressæ, deinceps etiam modi amissionis minùs voluntariæ, partiales itidem & temporoneæ explicentur.*

Glossa Juris Canon. in c. renovantes 22. modos generales privilegia amittendi hisce versiculis

Ti
culi

Qu
dos
ami
tam
di
qu
bus
tur
les
vor
fam
tol
re
qu
dic
per
dis
Or
tiù
pr

Titulorum totali volunt. &c. 323

culis explicare nititur :

Paupertas, odium, vitium, fa-
vor & scelus, ordo,

Personas spoliant & loca jure
suo.

Qui tamen versiculi, utut mo-
dos fortè beneficia Ecclesiastica
amittendi in se continent, non
tamen omnes modos perden-
di privilegia comprehendunt,
quosdam etiam tradunt, de qui-
bus, an iis privilegium amitta-
tur, meritò dubitari queat, qua-
les sunt, paupertas, odium & fa-
vor, qui quidem modi sæpè cau-
sam dant privilegiis existendi;
tollendi autem causa sola de ju-
re esse nequeunt, cum quen-
quam nulla de causa, ex solo o-
dio, jure suo & officio privari,
perversum fit, *c. satis perversum.*
dist. 56. c. inventum. 16. quest. 7.
Omissis itaque vel neglectis po-
tius hisce modis, alio ordine
procedemus.

Et quidem secundum JC^{tos} Amittuntur
pri-

O 6

privilegia.

I.

Per non
usum &
præscri-
ptionem.

privilegia amittuntur *culpâ nostrâ*, primò *per non usum & præscriptionem*. Ita enim Modestinus in *l. 1. ff. de Nundin.* Nundinis impetratis à Principe, non utendo, qui meruit, decennii tempore usum amittit. Et si qui ad civilia munera, vel Decurionatum, vel honores evocantur, licet vacationem à Principibus accipiunt, si appellationis auxilio non utuntur, consensu suo nominationem confirmant, *l. 7. & 11. C. de appel.* Quisquis ergò decennio privilegio non utitur, decennali hâc præscriptione privilegium amittit, si illud in faciendo consistat, nullâ omninò inter privatam & singularem personam, & inter Civitatem, communitatem vel collegium habitâ ratione, nisi quod diversum obtineat in Ecclesiâ. Privilegium enim Ecclesiæ datum non amittitur, nisi spatio quadraginta annorum, *c. 15. extr. de privil.*

Ti
priv
cult
Att
cem
mun
re,
fit u
tari
nol
sita
aut
uter
rit,
ipsu
neq
gion
iam
hon
mil
tur
Leg
opi
serv
hau
rius
rue

privil. si hoc temporis spatio facultate faciendi usa non fuerit. Attamen quæ de non usu decem annorum dicta sunt, ita demùm intelligenda sunt procedere, si quis intra decennium non sit usus privilegio merè voluntariè, utpotè quia potuit uti, sed noluit, non si vi aliqua & necessitate superveniente impeditus, aut nullâ occasione privilegio utendi se offerente id neglexerit, tum enim, quia culpa penes ipsum nulla est, nec negligentia, nequè pœna amissionis privilegiorum eum sequi potest, etiam si taliter præpeditus ultra hominum memoriam, vel ad mille annos privilegia non utatur, juxta communem omnium Legistarum & Canonistarum opinionem, idquè per *l. 35. ff. de servit. rust. prad.* ubi servitus hauriendi aquam ex fundo alterius non amittitur, si fons exaruerit, ita ut servitute uti non

326 *Caput XIII. De Amissione*

potuerit: quin potiùs, si aqua
postea iterum fluere incipiat, re-
stituendus est is, qui antea ser-
vitutem hauriendi aquam habu-
it, quia Jus hoc antea non ne-
gligentiâ sua & culpâ, sed quia
aquam ducere non poterat, in-
termiserat. Quis enim incusare
eos poterit, si hoc non fecerint,
quod etsi maluerint, minimè ad-
implere valebant, l. 1. §. 2. *in fin.*
C. de annal. except. Hinc inferre
licet, habentes ex privilegio me-
rum imperium, seu jus gladii,
tale privilegium præscriptione
longissimi temporis non amit-
tere, si casus facinorosum puni-
endi se non offerat. Pari ratio-
ne privilegium non usu non a-
mittitur, *si facultas aliquid facien-
di conferatur in arbitrium privile-
giati*, veluti si Imp. concedat a-
licui privilegium extruendi mo-
lendarum pro suo arbitrio, ubi
tamen Dd. iterum distinguunt;
quod videlicet hoc liberum arbi-
trium

Titulorum totali volunt. Sc. 327

trium aut tempus respiciat, aut ipsum privilegium. Si tempus, procedere limitationem: sin privilegium, secus. E. G. si dicatur: Concedimus tibi tale privilegium, quando volueris, & quodocunque tibi licebit, tum privilegium omninò esse perpetuum, quia id verba ipsa concessionis evincunt. Sed si dicatur: Si volueris, aut ad libitum voluntatis tuæ, privilegium non esse perpetuum, quia solùm exprimitur, quod tacitè inest, nihilquè operatur, per l. 3. ff. de legat. 1. nec talia verba respicere tempus, sed privilegium. Plura videantur apud Gail. 2. obs. 60. n. 1. 2. 3. & seq. Vasq. tom. 2. lib. 1. c. 2. Tapiam ad l. fin. de const. Princ. t. 1. part. 2. Boss. de princ. & privileg. n. 319. Lipsk. cent. 2. semis. obs. 40. Carpzov. in jurisprud. forens. Rom. Saxon. part. 2. constit. 3. defn. 23. Sed quid si privile-

An privilegio ex parte

ex

te non
utens,
totum
perdat?

ex parte non utatur, an propterea totum perdet? Quæstio hæc resolvitur distinguendo, inter res per privilegium concessas. Aliæ enim sunt *dividua*, aliæ *individua*. Si privilegium super re *dividua* concessum sit, pro parte per non usum perditur, pro parte per usum partialem retineri potest; si super re *individua*, tum in totum, aut perditur per non usum, aut per usum retinetur. Quemadmodum qui Usumfructum habet, & tantum utitur, credens se usum tantum habere, fruendi utilitatem, adeoque usumfructum pro parte amittit, l. 20. ff. *quibus mod. ususfr. amitt.* quia mirum ususfructus pro parte divisâ vel indivisâ, & legitimo tempore similiter pro parte vel amitti, vel remitti, aut etiam per l. Falcidiam minui & dividi potest, l. 5. ff. *de Vusufr. l. 1. §. 9. ff. ad l. Falcid. l. 14. & l. 25. ff. quib. mod. ususfr. amitt.* Servitu-
tes

tes autem, aut totaliter per u-
sum servantur, aut per non u-
sum amittuntur; quia individue
sunt, l. 8. & 17. ff. de servit. l. 6.
ff. quemad. servit. amitt. Quæri
etiam solet: *An privilegiarius,*
si neglecto privilegio jure communi
utatur, privilegia perdat? Quam
quæstionem, quia supra c. 9. per-
tractavi, hîc non resolvam, ne
actum denuo agere videar, sed
lectorem ad d. c. remitto.

Secundò amittuntur privile-
gia, quando vid: in non faciendo
consistunt, per contraventionem
seu actum contrarium, si nimirum
non satis esse quis ducat, per ne-
gligentiam privilegio non uti,
sed & facto planè contrario se
illo uti nolle palàm faciat. *Di-*
stinguendum tamen & hîc est, u-
trùm privilegium privatæ per-
sonæ, an verò communitati vel
Ecclesiæ concessum sit. Privile-
gium privatæ personæ conces-
sum unico actu directè ei con-
trario

II.
Contra-
ventio-
ne seu
actu
contra-
rio.

one
pterea
ec re-
er res
Alia
vidua.
vidua
er non
per u-
otest ;
in to-
usum ;
Quem-
ructum
credens
fruendi
umfru-
l. 20. ff.
quia ni-
parte di-
egitimo
parte vel
tiam per
vidi po-
I. s. 9. ff.
. 25. ff.
Servitu-
tes

330 *Caput XIII. De Amiffione*
trario amittitur, quoniam dire-
cta contraventio renunciatio-
nem inducit, l. 2. C. de jur. dom.
imp. l. 8. C. de pact. inter empt. &
vend. l. 4. §. 2. & l. 7. ff. de leg.
commis. Si verò actus ille dire-
ctè privilegio non contrarietur,
per actum contrarium unicum
non amittitur, E. G. immunis à
collectis, decimis, aliisvè oneri-
bus, si nihilominus solverit, eo
ipso videtur renunciâsse privile-
gio, c. 6. & 15. extr. de privil. Si
tamen immunis à contributio-
nibus, aliisvè oneribus, semel
vel pluries solvat, non præjudi-
cat sibi, quoad futuras solutio-
nes, sed solùm in eo, quod est
solutum, ita ut denuò solvere
jussus, exemptionis & immuni-
tatis jus allegare, eoquè se tueri
possit, nisi forsitan totis 30. an-
nis collectarum solutio à se &
decessoribus suis facta ostenda-
tur. Tantum enim tempus pri-
vilegium hoc exemptionis to-
taliter

Titu
talite
sente
non a
quita
æquè
nere
ligat
emti
lectis
lapsu
quit
quifi
perd
ca e
ubi
tute
gau
quan
non
fimi
hâc
ni r
in a
tari
nihil
c16f.

taliter extinguit. Quæ quidem
sententia, utut omnibus Dd.
non arrideat, summâ tamen æ-
quitate nititur. Nam cum nihil
æquè naturale sit, quàm eo ge-
nere quidquè dissolvi, quo col-
ligatum est, *l. 35. ff. de R. I. ex-*
emptio verò & immunitas à col-
lectis non nisi triginta annorum
lapsu acquiratur, utiquè conse-
quitur, Jus hoc immunitatis ac-
quisitum, non nisi 30. annis de-
perdi. Similiter se res habet cir-
ca excusationem à muneribus,
ubi qui sese privilegio ab officio
tutelæ vel curatelæ excusandi
gaudet, sin munus illud subiit,
quantum ad munus susceptum
non potest se excusare, ab aliis
similibus in futurum potest, ex
hâc ratione, quod per actum u-
ni rei contrarium, privilegium
in aliis non amittatur, & volun-
tariæ tutelæ munera privilegiis
nihil derogent, l. 12. C. de ex-
cus. tut. Et hûc pertinet illa di-
stin-

332 *Caput XIII. De Amiffione*
ftinctio, quâ discernitur, *Vtrum*
privilegium habeat effectum mo-
mentaneum, an verò fucceffivum &
reiterabilem. Illo cafu actu con-
trario privilegium amittitur,
hoc verò neutiquam, undè fi
quis publici muneris vacatio-
nem habet, fi tamen aliquem ho-
norem fponè fufceperit, ob id
quod patriæ fuæ utilitatibus ces-
ferit, vel gloriæ cupiditate pau-
lifper jus publicum relaxaverit,
competens privilegium non a-
mittit, nifi fortè decurionatum
fufcipiat, *l. 2. C. de his qui fponè*
publ. mun. fub. lib. 10. Quod au-
tem in decurionatus munere di-
verfum obtineat per *d. l. 2. & l.*
3. C. de decur. & l. pen. §. ult. ff.
de jur. immun. Ita ut fponè illud
fufcipiens etiam in aliis mune-
ribus perfonalibus fibi præjudi-
cet, JC^{ti} hanc rationem dant,
quia decurionatus eft quoddam
universale officium, ex quo alii
officiales eliguntur. Deinde et-
iam

Tit
iam
rium
ifte a
mul
nequ
ftent
fit.
mitte
am,
tem
fund
conc
via d
via p
total
via,
Hab
per a
um a
ita q
at in
privi
do c
peri
vo,
præ

iam per unicum actum contrarium privilegium amittitur, si iste actus ita sit contrarius, ut simul cum privilegio consistere nequeat, sed uno eorum existente, alterum destrui necesse sit. E. G. si Jus stillicidii immittendi in aream tuam habeam, & permisero tibi potestatem in eâ ædificandi: aut per fundum mihi via debeatur, & concedam in eo loco, per quem via debetur, aliquid exstrui, quo viæ planè usus auferatur, amitto totaliter jus illud stillicidii & viæ, *l. 8. ff. quemad. servit. amitt.* Habet itaque regula hæc, quòd per actus contrarios privilegium amittatur, suas *limitationes*, ita quòd 1. locum tantùm habeat in eo casu, *quando quis spontè privilegio contravenit*, non quando coactè, mandato videlicet superioris (Intellige merè coactivo, non per viam juris, sed facti præcedentis) ad hoc compulsus, nam

334 *Caput XIII. De Amissione*
nam eo in casu contraveniens,
privilegium non amittit, per l.
4. in pr. vers. si per vim. ff. de mu-
ner. & honor. Velle enim non
creditur, qui obsequitur Impe-
rio Patris vel Domini l. 4. de R.
I. II. Regula suprãdicta locum
non habet, si actus contrarius fa-
ctus est cum protestatione, quòd
vid. contraveniens actu contra-
rio juri suo renunciatum esse nõ-
lit, per l. 1. & l. 2. C. de his, qui,
sponte mun. publ. sub. lib. 10. Pro-
testatio namquẽ arguit senten-
tiam nostrã voluntatis per l. 14.
§. 7. ff. de relig. & sumpt. Et sal-
vum jus reservat l. 4. §. 1. ff.
quib. mod. pign. vel hypoth. solv.
Potest tamen etiam absquẽ pro-
testatione privilegium retineri,
si apertẽ constet ex conjecturis
privilegiatum contraveniendo
noluisse suo privilegio renuncii-
are, sed jure tantũ communi
uti voluisse, salvo nihilominũs
jure suo speciali, seu privilegio.
Sic

Tit
Sic n
mun
renu
cred
testa
sua j
quin
causa
quã
nequ
dam
c. su
III.
extir
nera
nera
ticol
sum
E. C
neri
imm
huic
sube
tant
qua
per

Sic miles, qui statuit jure communi testari, beneficio militari renunciassè non censetur, nec credendus est quisquam genus testandi eligere ad impugnanda sua judicia, *l. 3. ff. de test. milit.* quin potius semper diversa est causa voluntatis expressæ, & ejus quæ inest *l. 138. §. 1. ff. de V. O.* nequè renunciatio, quæ est quædam donatio facilè præsumitur, *c. super hoc extr. de renunciat.*

III. Regula limitatur, ut ad extinguendum privilegium generale, *actus quoquè contrarius generalis* adhibeatur, nam si in particulari tantùm, quoad illum casum particularem, extinguitur.

E. G. si quis ab omnibus muneribus & oneribus civilibus immunis est, immunitati autem huic aliquod munus vel onus subeundo, contraveniat, in uno tantùm, non autem quoad reliqua videbitur sibi præjudicasse, per *l. voluntaria. C. de excusat. tut.*

Con-

Sic

Contra immunis à collectis, aliisve Civitatis muneribus, si se describi patiat in æstimo, & quidem scienter, perdit immunitatem, quia hoc casu contravenit privilegio immunitatis, per actum directo & generaliter immunitati contrarium, & consequenter non tantum quoad illos actus, quibus antea jam solvit collectas, sed & in totum quoad futuros actus, sub privilegio renunciasse videtur, ac exinde impostero privilegio suo uti non potest. Secus autem est, si aliàs privilegiatus per aliquot annos collectas solverit, aliavè onera publica subierit, hoc enim casu, licet per actus contrarios sibi in iis præjudicavit, nisi tamen collectas per 30. vel 40. annos solverit, privilegium immunitatis non amittit, cum actus habeat successivos & reiterabiles, per ea quæ suprâ dicta sunt, & per c. 6. & 15. de privil.

Con-

Ti
Con
actu
solu
adhi
Vell
pera
stran
ra d
cred
giat
ptus
ab h
coq
tur.
nife
si s
app
tion
C. d
non
ptic
eod.
quo
enti
judi
priv

Consensus etiam & renunciatio actum conficiens, quoad illum solummodò actum operatur, cui adhibetur, per *l. 21. C. ad SC. Vellej.* aliàs voluntas nostra operaretur ultrâ intentionem nostram, quod falsum esse, & natura dicitur & jus, *l. 19. ff. de reb. cred.* Ad hoc autem, ne privilegiatus scienter in æstimo inscriptus esse videatur, necesse est, ut ab hâc inscriptione appellet, adeoque discriminem suum contestetur. Cives enim & Incolæ manifestas excusationes habentes, si sub justâ nominatione non appellaverint, ad earum probationem non admittuntur, *l. 11. C. de appell.* & qui appellatione non utitur, consensu suo inscriptionem hanc approbat, *l. 7. C. eod.* 4. Regula intelligenda est, quoad personam ipsius contravenientis, qui in proprium suum præjudicium per actum contrarium privilegio suo renunciâsse, adeoque

P

338 *Caput XIII. De Amiffione*
què sibi foli præjudicâffe præfu-
mitur, non aliis pari privilegio
gaudentibus. Id enim quod no-
trum est, fine facto nostro ad
alium transferri non potest, *l.*
11. ff. de R. I. nequè alteri per
alterum iniqua conditio inferri,
l. 74. ff. eod. nec aliquis alterius
odio prægravari, *c. 22. de reg.*
jur. in 6. Sed factum cuiquè su-
um, non adversario, nocere de-
bet, *l. 155. ff. de R. I. 5.* Si
privilegium habeat annexam
clausulam omnium actuum contra-
riorum annullatoriam & cassatori-
am (scilicet, si in privilegio po-
nantur verba : *Cassantes, irritan-*
tes) tùm nec contraventione,
nec præscriptione amittitur, eo
quod, quando de superioris in-
tentione constat, inferioris con-
traventione nil operatur, per *c. 26.*
verb. hujusmodi clausula, & ib.
gloss. extr. de prabend. Deniquè,
si privilegium consuetudine quasi-
tum sit, tùm unico actu contra-
rio

rio non tollitur, sed tot actus ad
amissionem illius requiruntur,
quot ad consuetudinem tollen-
dam necessarii sunt, nimirum
frequentes, per *l. 1. C. quasit
long. consuetudo*. Et tantum de
pr. privilegiis privatarum persona-
rum. Quod *privilegia communi-
tati vel Ecclesie concessa* attinet,
illa non per actum contrarium,
sed tantum longissimi tempo-
ris prescriptione, videlicet 40.
annorum spatio amittuntur, per
d. c. 6. & 15. extr. de privil. Ra-
tio est, quia singulares personæ
non possunt per contraventionem
renunciare privilegiis, Ec-
clesiæ vel communitati conces-
sis, nec privilegium Civitati da-
tum per contraventionem Ci-
vium perditur, cum ea, quæ sunt
Civitatis vel Universitatis non
sint singulorum, *§. Universitatis
Instit. de rer. divis.* nec Prælati
factum Ecclesiæ privilegiis de-
rogat, *c. 5. extr. de in integr. restit.*

340 Caput XIII. De Amiffione
Plura de hâc materiâ videantur
apud *Menoch. lib. 6. de præfumpt.*
c. 41. Schurf. cent. 1. Confil. 14.
Gail. 2. obf. 60. Modest. Piſtor.
vol. 1. confil. 12. n. 9. & feqq.
Tap. ad l. fin. ff. de Conſtit. Princ.
part. 2. c. 2. Boſſ. de princip. &
privil. n. 120. Lipſk. ſem. cent. 2.
obf. 40. n. 4. Klock de contrib. c.
16. II. 199. & feqq. ſect. 1.

III.
Per ab-
uſum,

Tertiò privilegia amittuntur
per abuſum. Privilegium enim
omniñò meretur amittere, qui
permiſſâ ſibi abutitur poteſta-
te, *c. 63. cauſ. II. quaſt. 3. c. II.*
extr. de privil. c. 43. extr. de re-
ſcript. & iudicio legum, jure ab
obtentâ dignitate dejicitur, qui
privilegio ſibi concefſo abuti-
tur, not. d. c. 63. ex Auguſt.
Theodoricus Gothorum Rex a-
pud *Caffiod. 1. Var. 26.* Idem
ſuo calculo comprobatur, quando
ita: Sicut, quæ ſemel annuimus,
reſcindi in perpetuum non me-
rentur; ſic qui largitatem no-
ſtram

fram moderatis precibus impetrârunt, nostrorum terminos præstitorum immodicâ non debent præsumptione transcendere. Hinc est quod illi tantùm Clerici à tutelis subeundis immunes sint, qui apud sacrosanctas Ecclesias vel monasteria permanent, non divagantur, nequè circa divina ministeria desides, *l. 52. §. eos tamen. C. de Episc. & Cler.* Quilibet etiam ligandi & solvendi potestatem habens, privat se hac potestate, si hanc pro suis voluntatibus, & non pro subjeetorum moribus exercet, nec causarum merita sequitur, *c. 60. & c. 88. caus. 11. quæst. 3.* Similiter etiam Judæi ritus suos ita demùm retinent, si iisdem citra contemptum Christianæ legis utantur, amissuri si ne dubio permessa hætenùs, nisi ab illicitis temperaverint, *l. 11. C. de Indais & Cælic.* Et Comitibus Legatorum etiam extra

342 *Caput XIII. De Amiffione*
preſinitos limites morandi cum
Perſis copia conceditur, niſi ſub
ſpecie legationis diutiùs in qua-
libet perſonâ reſideant, nec le-
gati reditum ad propria comi-
tentur, *l. 4. C. de Commerc. &*
mercat. Deniquè, quicumquè
advocationem ſuam, vel aliquod
aliud beneficium inornatè tra-
ctaverit, & à Domino ſuo ad-
monitus non reſipuerit, & in
ſuâ perdurans inſolentiâ, ordine
judiciario, tam judiciariâ, quàm
beneficio exutus fuerit, non po-
teſt advocatiam & beneficium
invadere. *Feud. l. 2. tit. 27. §. 7.*
Et propter hunc abuſum Angli
privilegia Hanſeatica labefa-
ctâſſe & ſuſtuliffè videri volunt,
quâ de re vide *Meteran. lib. 19.*
pag. 817. Quæ autem hætenus
de abuſu dicta ſunt, in tantum
ſunt reſtringenda, ut is, qui dolo
privilegio abutitur, non qui cul-
pâ aliqua aut etiam ignorantia il-
lud facit, privilegium perdat,
ſen-

sententia etiã, seu ut quis se abusus esse suo privilegio cognoscatur, præcedat, per *d. tit. 27. feud. lib. 2.*

Quartò amittitur privilegium ^{IV.} per delictum, in primis rebellionis, ^{Per delictum.} seditionis & ingratitude. Nequè enim, quod præmii loco merentibus tributum, ad malè meritos & improbos pertinet, arg. *l. 26. §. 1. ff. de testam. mil.* ubi jus testandi de peculio, militibus concessum benè merentibus, adimitur iis, qui ignominia causâ missi sunt. Sic Senatoris filia, quæ corpore quaestum fecit, aut iudicio publico damnata est, impunè libertino nubit, nec honos ei servatur, quæ se in tantùm fœdus deduxit, *l. 47. ff. de rit. nupt.* Similiter si patronus ignominiosam libertam suam uxorem deduxerit, quia contra legem maritus fit, perdit beneficium hoc nomine à lege sibi concessum, *l. 48. §. 1.*

eod. Clarissimatûs itidem dignitatem habens, si eâ præditus, in aliquâ culpâ seu crimine fuerit deprehensus, fori præscriptione non utitur, quia omnem hujusmodi honorem reatus excludit.

l. 1. C. ubi Senat. vel Clar. civ. vel crimin. conven. Quo cum etiam Jus Canonicum congruit, quod ob homicidium paræcianos feudis & beneficiis antea concessis in perpetuum privat, *c. 10. extr. de pæn.* Episcopalisquæ dignitas civitati subtrahitur, quæ suos Præsules interemit, *c. 25. caus. 25. quæst. 2.* Inter omnia autem delicta nullum majus est rebellione & seditione, aut etiam ingratitude erga superiorem, hancquæ contumaciam erga Principes, Præsides, Magistratus capite puniri, non præmio affici, jura volunt, per *l. 6. §. 2. de re milit.* nullamquæ immunitatem delinquentibus tribuunt, ne sub prætextu concessi

346 *Caput XIII. De Amissione*
rio multitudinem, nullius rei
inter se sociam, ad consensum
inhabilem fore, præfectum ad
jura reddenda ab Roma quotan-
nis missuros sanxerunt Patres,
referente *Livio lib. 26. c. 57.* ita
ut de eadem Capua idem *Liv. l.*
31. c. 56. dicat: Superest Urbs
trunca, sine Senatu, sine plebe,
sine Magistratibus. Sub Clau-
dio redditur Rhodiis libertas,
redempta sæpè aut firmata, pro-
ut bellis externis meruerant,
aut domi seditione deliquerant,
Tacit. lib. 12. annal. Valecen-
natibus quoquè, ut ad recentio-
ra descendam exempla, Anno
1567. ob motum religionis pri-
vilegia sunt adempta, & Dux
Albanus aliquot aliis præterea
Civitatibus contributiones in-
junctas recusantibus, privilegia
ademit, *Strad. l. 6. tom. 1. de bell.*
Belg. Meteran. l. 4. pag. 138. I-
dem Rupellanis Anno 1628.
ob rebellionem usu venit, *Me-*

teran.

Titulorum totali volunt. Sc. 347

teran. lib. 45. pag. 609. Georg. Revell. lib. 3. de Rup. obs. & ded. pag. 404. Casalium in Padi ripa situm variis & amplis privilegiis & immunitatibus ab Imp. ornatum, ac postremò meri ac mixti imperii Jurisdictione donatum fuit à Friderico I. Anno salutis 1186. quam etiam gratiam illis CXXVII. annis post confirmavit Henricus. Sed cùm postea Casalenses tanti beneficii immemores cum Ticino, Alba Pompeja, Vercellis & Valentio contra Henricum ipsum conspirassent, universæ illæ urbes privilegio & gratia à Cæsaribus concessa, exciderunt, indicto etiam Imperiali exitio, ut Albericus Rosatensis illius temporis JCtus loquitur, h. e. tanquam perduelles edicto Cæsareo scriptæ sunt, Thuan. lib. 41. Anno 1585. cùm Bruxellæ in potestatem Ducis Parmensis reciderent, inter conditiones pactas,

quantum ad privilegia, in Regis arbitrio relictum, ut ea, prout justum & æquum videretur, corrigeret, mutaret, minueret. *Thuan. lib. 53. Meter. lib. 12. pag. 495.* quemadmodum etiam Anno 1547. supplicibus Boëmis hædictæ sunt leges, ut privilegiorum & immunitatum exempla & documenta omnia exhiberent, ex quibus, quæ vellet Ferdinandus Rex, revocaret, aut si videretur, denuò largiretur & confirmaret, *Thuan. lib. 4.* Hisce exemplis inprimis annumerandum est illud severum abolitionis privilegiorum exemplum, quod apud Burdegalenses contigit, quibus Anno 1548. propter seditionem & rebellionem omnia privilegia adempta, & postquam Decuriones literas omnes, quibus Civitatis immunitates & privilegia continebantur, exhibuissent, ibidem cremata sunt, ipsismet Burdegalensibus

Titulorum totali volunt. Sc. 349

bus ignem succendentibus, Privilegia tamen postea ex clementia Regia restituta sunt. *Thuan. lib. 5. Sleid. lib. 21.*

C A P U T X I V.

D E

*Amissione Privilegiorum totali
voluntaria, expressa, seu de
renunciatione & cessione
privilegiorum.*

TRiti juris est, omnes licentiam habere his, quæ pro se introducta sunt, renunciare. *l. 51. C. de Episc. & Cler. c. 6. extr. de privil. ac unicuiquè licere contemnere hæc, quæ pro se introducta, l. 41. ff. de minor. quod quidem, an in materia privilegiorum etiam obtineat, jam disquirendum venit. Est autem renunciatio Privilegiorum duplicis generis, Tacita & Expressa. Tacita est, quæ fit per factum ali-*

Renunciatio.
Tacita.

P 7 quod

quod præsumtivum, uti per non
 usum, vel actum contrarium, &
 de hâc præcedenti capite actum
 est. *Expressa*, quæ fit facto, ver-
 bisquæ expressis, & de hâc hîc
 loci tractabitur. Quod ergò de
 reliquorum jurium renunciati-
 onibus in jure statuitur, idem &
 de privilegiis dici potest, vide-
 licet, quemlibet privilegiis suis
 competentibus regulariter re-
 nunciare posse. Dico *regulariter*,
 quia dantur casus regulam hanc
 limitantes, & exceptiones regu-
 læ hujus quàm plures.

Et primò quidem *diversum ob-
 tinet in privilegiis Jus divinum
 vel etiam naturæ quomodocunquæ
 afficientibus*. Hinc etsi feriis re-
 nunciare possit, non tamen fe-
 riis in honorem Dei constitutis
 renunciare licet, *l. fin. C. de feriis*.

I.
 In pri-
 vilegiis
 Jus di-
 vinum
 vel na-
 turæ af-
 ficienti-
 bus.

& juxta Canonistas, nemo con-
 sentire potest, ut in loco sacro
 capiatur, aut inde violenter ab-
 ripiatur, cum id in injuriam Dei
 &

& præjudicium immunitatum
vergat, per *c. miror. c. frater. 17.*
quæst. 4. Similiter nec defensionibus præsertim in criminalibus renunciari potest, quia defensio est juris naturalis, nemo verò membrorum suorum Dominus videtur, *l. 13. ff. ad L. Aquil. ac* proindè pro lubitu se pœnæ sub-
jicere non potest, sed vel se ipsum vel alium pro se defensionem suscipere decet, per *l. 19. ff. de pœn.* Privilegiis etiam jus sanguinis vel agnationis afficientibus renunciari nequit, per *l. 8. ff. de R. I. & l. 34. ff. de pact.* quia jus naturale exinde immutaretur, quod tamen inter impossibilia juris refertur per *dd. ll.*

Secundò privilegiis renunciari non potest, si hujusmodi renunciatio impingat in bonos mores & ad delinquendum inducat. E. G. si quis renunciat juri ad vindicationem furti, injuriarum, violentiæ sibi ex privilegio, vel etiam jure

2.
Vel bonos mores.

jure communi competenti, renunciatio hæc non tenet, quia turpem causam continet, & facit quò minùs à delinquentibus furti vel injuriarum pœna timeatur. *l. 27. §. 4. ff. de pact.*

3.
Causam
quæ pu-
blicam
concer-
nenti-
bus.

Tertio, privilegiis renunciari nequit, quando privilegium causam, non solius renunciantis, sed etiam mixtam alterius vel etiam causam publicam, adeoque non solum renunciantem, sed & alios afficit. Habet enim renunciatio talis vim pacti, pactum autem conventum tale non est servandũ, sed ante omnia animadvertendum, ne conventio in aliã re facta, aut cum aliã personã in aliã re aliavè personã noceat, d. l. 27. §. 4. ff. de pact. Hinc est, quod, quamvis privilegio fori renunciari queat, id tamen tum demum obtineat, si privilegium fori principaliter favorem renunciantis concernat, secùs verò, si etiam favorem

super

super
absqu
tia, re
stit,
num,
autem
se alio
sensu
quia
ne su
tur,
juris
Vasa
dicti
invi
quod
lius
eum
impe
nat.
Cler
ctio
pres
sens
legi
sed

superioris respiciat, quo casu absquè ejus consensu & licentia, renunciatio facta non subsistit, ut in privilegiis excusationum, *c. 5. extr. de arbitr.* Ratio autem cur exemptus non possit se alterius jurisdictioni sine consensu eximentis subicere, est, quia ipsius eximentis interest, ne subditus suus ab alio judicetur, eximens verò hac ratione jurisdictionem amittat. Sic nec Vasallus potest in alterius jurisdictionem expressè vel tacitè invito Domino consentire, quod si fecerit, prorogatio nullius est præjudicii, sed Dominus eum rectè avocare potest, per *c. imperialem. de prohib. feud. alienat. per Loth.* Pari ratione nequè Clericis permissum est, jurisdictionem judicis tacitè vel expressè prorogare, absquè consensu superioris, quia tale privilegium fori non est personale, sed toti ordini Ecclesiastico publicè

blicè indultum, *c. 12. extr. de for. comp.* Juri autem publico, pactis privatorum non derogatur, *l. 38. ff. de pact.* quâ de re fufius tractat *Gail. 1. obs. 40.* Intelligenda tamen hæc, quæ de jure publico dicta sunt, de jure publico *autoritate & utilitate*, quale est Jus Clericorum, Subditorum, *SC^{ti} Macedoniani & aliorum*; non verò de publico *autoritate tantum*, quale est *SC^{tum} Vellejanum*, quod, etfi autoritate publica introductum est, favorem tamen non tam publicum, nec utilitatem propriè publicam, quàm privatam fœminarum respicit, unde illi privilegio seu beneficio renunciare possunt, *l. fin. §. pen. ff. ad SC. Vellej. l. 21. C. eod.*

4. *Quartò* renunciari non potest privilegio merè prohibitivo, quando videlicet privilegium annullat actum, & consensum prohibet ex clausula annullativa, per *c. 25.*

Nec in privilegio merè prohibitivo

c. 25. ex
in odium
est, quod
Macedon
nunciar
fœnera
scirent
fœnera
familia
morte
Maced
prà ad
rea fo
neque
rum e
ricis o
2. qu
Qu
privile
trabili
haber
re no
de R.
Se
Priv
praf

c. 25. extr. de prabend. Vel etiam in odium alicujus introductum est, quale est beneficium SC^{ti} Macedoniani, cui propterea renunciari nequit, quia in odium fœneratorum concessum est, ut scirent, qui pessimo exemplo fœnerarent, nullius posse filii-familias bonum ex expectatâ morte Patris fieri, l. 1. ff. ad SC. Maced. Clerici etiam præter supra adductam rationem, propterea fori privilegio renunciare nequeunt, quia in odium laicorum est introductum, qui Clericis oppido sunt infesti, c. laicos.

2. quæst. 7.

Quinto renunciari non potest privilegio non existenti, nec imperabili, quia, quod quis si velit, habere non potest, id repudiare non potest, l. 174. §. 1. ff. de R. I.

5.
Non existenti nec imperabili.

Sexto renunciari non potest Privilegio incognito. Nemo enim præsumitur renunciare juri, quod

6.
Incognito.

356 *Caput XIV. De Renunciat.*
quod sibi competere ignorat. *l.*
19. ff. de inoff. testam. & renun-
ciationes stricti sunt juris, nec in
iis veniunt, nisi ea, quæ in spe-
cie sunt expressa, per *l. tres fra-*
tres. ff. de pact. l. 47. §. 1. Eod.
l. 9. §. 3. ff. de transact. Hinc si
quispiam debitor in Instrumen-
to renunciât omnibus benefici-
is & indultis præsentibus & fu-
turis, in genere & in specie, non
censetur renunciâsse literis mo-
ratoriis, cessionis bonorum &
similibus, nisi expressè eorun-
dem beneficiorum fiat mentio,
cum expressa noceant, non ex-
pressa non noceant, *l. 195. ff. de*
R. l. Hinc DD. ad hoc, ut re-
nunciatio subsistat, volunt re-
nunciantem, inprimis si talis sit,
qui jura & beneficia sibi com-
petentia ignorare præsumitur,
quales sunt mulieres, minores,
rustici, &c. certiorari, actus e-
tiam renunciationis ita concipi
debere, ut de scientiâ renunci-
an-

Capn
antiur
& me
dianti
mit vol
stare p
quatu
revoc
Al
luntar
suum
in ali
trans
enim
quod
acqui
nem t
hered
legiu
ritè i
sione
de re
tiam
rant,
tuntu
quæ c
intel

Capitulum XIV. de Renunciatione 357

antium certâ, eorumquè consilio & mente benè premeditatâ, mediantibus clausulis, *wissentlich / mit wolbedachtem gemuth, etc.* constare possit, nec Fenestra relinquatur, renunciationem factam revocandi.

Altera species amissionis Voluntariæ est *cessio*, quâ quis Jus suum ex privilegio competens in alium totaliter transfert & transfundit. *Cessio privilegii.* Quemadmodum enim omnis actio omnequè Jus, quod quis sibi ex speciali pacto acquisivit, in alium pèr cessionem transfertur, per *l. ult. C. de hered. & act. vend.* ita & privilegium & jus exinde competens ritè in alium transferri per cessionem potest. Id quod tamen de realibus privilegiis, quæ etiam extinctâ personâ perdurant, & ad hæredes transmittuntur, non de personalibus, quæ cum personâ extinguuntur, intelligendum est. Sic Fiscus
Pri-

Privilegia sua alteri cedere potest, *l. ult. C. de priv. Fisc.* quia privilegium hoc est reale, & fiscus jus suum certo respectu ad hæredes transmittit, nempe ad novos Principes & Magistratus, qui in Locum demortuorum substituti, personam antecessorum suorum repræsentant, & fisci censentur esse hæredes, *per l. 76. ff. de judic.* Similiter beneficium restitutionis in integrum à minore cedi potest, *l. 24. in pr. ff. de min.* quia & hoc beneficium reale est, & ad hæredes transmittitur, *l. 6. ff. de restit. in integr. l. 3. §. 9. ff. de minor.* Contra, prælationis privilegium in dote mulieris personale est, *l. 12. C. qui pot. in pign. hab.* quippe solius mulieris providentia inductum, §. *fuerat. 29. Instit. de act.* ac proinde ad hæredes, imprimis extraneos non extenditur, nec iisdem cedi potest. Jus protomiseos similiter sive retractus, quia in solâ familiâ

liâ rad
teriqu
potest
fangu
ciation
mutan
ff. de p
ctus e
quia t
sonæ,
hæret
§. *fini*
comm
fructu
l. 12. §
ma re
sionu
giis q
licet
etiam
legia
cedi
ant,
C
privi
atte

liâ radicatur, personale est, alteriquè extra familiam cedi non potest, cum jura agnationis & sanguinis nullis pactis, renunciationibus vel cessionibus immutari vel tribui queant, l. 34. ff. de pact. l. 8. ff. de R. I. Ususfructus etiam, licet rem respiciat, quia tamen inseparabiliter personæ, cui competit, ossibus adhæret, cedi extraneo non potest, §. finitur. Inst. de usufr. quamvis commoditas percipiendi Ususfructum cedi vel vendi possit, l. 12. §. 2. ff. de usufr. Et in summa regula illa, in materiâ cessionum communis, In privilegiis quoquè obtinet, quod videlicet omnia transmissibilia sint etiam cessibilia, adeoquè privilegia ad hæredes transmissibilia cedi, & in alios transfundi queant, per l. 42 ff. de admin. tutor.

Cæterum, quisquis Jus suum privilegiatum alteri cedit, hoc attendat, ne in personam magis pri-

Requisita
Cessionis.

360 *Caput XIV. de Renunciatione*
privilegiatam jus suum trans-
ferat. Quamvis enim cessio hæc
non omninò pro illicita & pro-
hibita haberi possit, quia quis
etiam debitore invito, nomen
suum alteri cedere potest, *l. 1.*
C. de novat. etiam potentiori &
magis privilegiato, ei edicto ta-
men *l. 1. ff. de alienat. jud. mut.*
caus. fact. peti potest, ut dene-
gentur cessionario actiones, ni
paratus sit agere eo jure, quo a-
gens uti debuisset. Vel si non
denegetur actio, denegari debet
privilegium fori, vel si quod a-
liud proprium jus habeat, quod
non habuerit is, qui cessit acti-
onem, ut perinde judicium pro-
cedat, ac si reo res esset cum eo,
qui Judicii mutandi causa acti-
onem cessit. Et sic Romæ, cum
multis legibus scenebribus civi-
um avaritia coerceretur, & viam
fraudandarum legum hanc scæ-
neratores inirent, ut fociis, qui
non tenerentur his legibus, no-
mina

35.c.
ciis a
credit
vibus
Ne
privil
dum v
sonan
tem in
rius si
famis
etiam
mi na
non p
præro
um co
Simili
narum
studen
cis; li
sunt,
tiam
privil

mina cederent, atque ita libero
fœnore obruerent debitores,
plebiscito cautum fuisse. *Liv. l.*
35. c. 13. 14. scribit, ut cum so-
ciis ac nomine latino pecuniæ
creditæ, jus idem, quod cum ci-
vibus Romanis esset.

Nec minus circa cessionem
privilegiorum hoc observan-
dum venit, ut cessio fiat in per-
sonam habilem. Habilitas au-
tem in eo consistit, ut Cessiona-
rius sit persona honesta, non in-
famis, nec à cedente sexu, vel
etiam statu non distincta. Infami
namque portæ dignitatum
non patent, ac proinde nec ulla
prærogativa, quæ per privilegi-
um confertur, ei concedi potest.
Similiter nec privilegia fœmi-
narum, viris; studiosorum, non
studentibus; Clericorum, Lai-
cis; liberorum servis, cedi pos-
sunt, ob sexus & status differen-
tiam, quorum intuitu primitus
privilegia illa indulta fuerunt.

Q Plu-

362 *Caput XV. de Amiffione*
Pluribus hanc materiam pertra-
ctârunt, *Cujac. 10. obs. 3. Guid.*
Pap. decis. 273. VVesemb. in pa-
ratit. de alien. jud. mut. caus. fact.
n. ult. Ioan. à Sande de cess. action.
c. 4. n. 29. & 30. ad quos lecto-
rem remitto.

C A P U T XV.

D E

Amiffione Privilegiorum
minus voluntaria.

HActenus de amiffionibus
Privilegiorum Voluntari-
is, sequuntur modi amiffionis
minus voluntarii, qui etiam no-
bis invitis obveniunt.

Amif-
fio mi-
nus vo-
lunta-
ria.

I.

Morte
conce-
dentis

Amititur autem privilegium
etiam nobis invitis, primò, Mor-
te concedentis si videlicet non in-
definitè (quâ de re vide fu-
pra cap. 9.) sed ad beneplacitum,
sive voluntatem concedentis, &
non in perpetuum tributum,
nec

Privi-
nec pe-
tum si-
neplac-
cedent-
de rese-
flingu-
cium f-
tis, in-
conce-
sua (s-
mortu-
sum v-
tum f-
fortè l-
Apost-
spiret,
morit-
identi-
test, p-
re, &
benepl-
iis ex-
benepl-
vel e-
Majest-
Majest-

nec per Successorem confirmatum sit, quia videlicet ipsius beneplacitum sive voluntas concedentis morte exspirat, *c. 5. extr. de rescript. in 6.* ubi tamen distinguitur inter personam, officium seu dignitatem concedentis, ita ut beneficium à Papa concessum, usquè ad voluntatis suæ (scil. Papæ) beneplacitum, mortuo Papa exspiret, concessum verò usquè ad beneplacitum sedis Apostolicæ, morte fortè Papæ, tùm temporis sedem Apostolicam tenente, non exspiret, quia videlicet sedes non moritur, sed persona. Unde ex identitate rationis colligi potest, privilegium ab Imperatore, & Rege concessum, usquè ad beneplacitum eorum, mortuis iis exspirare, concessum verò ad beneplacitum imperii vel regni, vel etiam Cæsareæ & Regiæ Majestatis non exspirare cum Majestas, imperium, regnum,

364 *Caput XV. de Amiffione*
etiam extincto uno vel altero
Imperatore aut Rege, maneat.
Congruit autem cum Jure Ca-
nonico, jus quoquè civile, quan-
do in *l. 4. ff. locati.* ita disponit:
Locatio precariivè rogatio ita
facta, quoad is, qui eam locasset,
dedissetvè, vellet, morte ejus,
qui locavit, tollitur. Cui non
repugnat *l. 8. §. 1. ff. de precar.*
ubi statuitur, quòd à Titio pre-
cariò quis rogavit, id etiam ab
hærede ejus precariò eum habe-
re; nec *l. 12. §. 1. ff. eod.* ubi dici-
tur: præcariò rogationem etiam
ad hæredem ejus, qui concessit,
transire, ad hæredem autem ejus,
qui precariò rogavit, non tran-
sire, cùm ipsi tantùm, non e-
tiam hæredi, concessa sit posses-
sio: nec *c. 3. extr. de precar.* ubi si-
militer sancitur, precarium sol-
vi obitu ejus, cui concessum est,
non etiam concedentis. *Distin-*
guitur enim communiter hic in-
ter precarium indefinitum & defi-
ni-

Pri
nitum
Quod
lique
condi
finitu
redes
defini
certu
placi
cond
d. l. 4
press
mina
ciem
preca
mina
nem
te.
rum
iam
preca
bia v
riun
dete
tis se
at, l

nitum, simplex & conditionatum,
Quod habet annexum certum a-
liquem temporis terminum &
conditionem. Precarium inde-
finitum ac simplex transit in hæ-
redes concedentis, non autem
definitum & conditionatum ad
certum tempus, videlicet bene-
placiti, ac de hoc definito ac
conditionato precario loquitur
d.l. 4. ff. locati: quippe quæ ex-
pressè beneplaciti tempus deter-
minat, reliquæ verò leges in spe-
ciem pugnantes loquuntur de
precario indefinito & indeter-
minato, nullamque conditio-
nem temporis annexam haben-
te. Atquè hæc est vulgata ha-
rum legum conciliatio, quam et-
iam sequitur *gl. in d.c. 3. extr. de
precar.* quæ tamen propterea du-
bia videtur, quod omne preca-
rium ex suâ naturâ intrinsecâ,
determinatum tempus volunta-
tis seu beneplaciti in se contine-
at. *l. 1. l. 2. §. 2. ff. de precar. ne-*
Q 3 què

què is, qui precariò aliquid, & quidem ad certum tempus habet, exceptione adjuvandus fit, ne ei possessio auferatur, cum nulla hujus conventionis (scilicet ad certum tempus determinatæ) vis sit, ut rem alienam domino invito possidere liceat, l. 12. in princ. ff. eod. Hoc ipsum animadvertens *Menochius lib. 1. de arb. jud. quæst. 69. n. 20. & 21.* ita leges hasce conciliat, quod in precario duplex sit possessio, corporalis penes rogantem precariò: & Civilis seu solo animo consistens penes concedentem, l. 15. §. 1. ff. de precario. Textum ergò l. 4. locari loqui de civili possessione, quòd videlicet respectu civilis possessionis precarium finiatur, quia concedens, ob secutam mortem velle desinit: reliquos verò in contrarium allegatos textus juris loqui de rei concessæ recuperatione, quam si hæres non revocet, sed eâ uti quem

Pri
quem
mum
entia
prim
buit.
reden
cupes
fessio
cario
catur
preca
te, p
firm
ut q
roga
prec
vile
tum
don
qui
sub
gat
tas
tur
6. n
pot

quem patiat, eundem animum, voluntatem & patientiam habere censeatur, quàm primus concedens primitus habuit. Transire ergò ad hæredem precarium, quoad recuperationem naturalis possessionis, quàm non revocatâ, precario is Dominus consentire dicitur. Unde *gl. ad d. l. 8. §. 1. ff. de precar. ex novâ hæredis voluntate*, patientiâ suâ precarium confirmantis, id provenire statuit, ut quod quis precariò à Titio rogavit, etiam ab hærede ejus precariò habere videatur. Privilegium igitur ad beneplacitum concessum tantisper durat, donec concedens illud revocet, quia beneplacitum nulli legi subjacet, per *l. 11. §. 7. ff. de legat. 3. vel moriatur, quia voluntas morte solvitur & extinguitur, c. si gratiose. 5. de rescript. in 6. nequè adversatur c. 7. de off. & potest. jud. delegat. in 6. ubi, si*

cuius per delegationem commissæ fuerunt vices delegantis, sub eâ formâ, donec eas duceret revocandas, nequaquam commissio hæc morte committentis expirat, ex quo res integra non est, hoc est, dùm delegante vivo delegatus jurisdictione uti cæperit. Id enim ex speciali fit ratione, nimirum ob favorem iustitiæ, & studium eandem promovendi, cùm melius sit hunc iudicem procedere, quàm novo & incognito causam delegare, *l. ult. §. ult. ff. de Vacat. & excus. mun.* Deinde etiam diversa est natura beneficiorum, seu Privilegiorum & officiorum, quia hæc morte cedentis non expirant, sed expressam revocationem vel abolitionem Successoris requirunt, cum honor delatus finem certi temporis ac loci non habeat, *l. 30. in pr. ff. de excus.* illa verò per iupradicta, etiam nullâ præviâ

ex-

expres
ne ex
ad ren
12. ve
ususfr
condi
lius q
re, si i
spiam
tur :
dunt
ident
sub o
tum
Non
fruct
proc
què
plur
veni
præ
tiam
neat
& h
sibi
tem

expressâ concedentis revocatione extinguuntur. Nec similiter ad rem facit, quòd quidam ex *l. 12. vers. sin autem. C. de usufr.* ubi ususfructus alicui relictus sub hac conditione, quamdiu filius aut alius quispiam manserit sub furore, si in furore filius vel alius quispiam decesserit, non extinguitur: argumentantur & concludunt, quòd ex quadam ratione identitatis, nequè privilegium sub conditione beneplaciti datum morte concedentis exspiret. Non enim argumentum ab usufructu ad privilegium semper procedit, cùm hic jus quandoquè strictum, illic æquitas ut plurimum in considerationem veniat, & quod ususfructus sub prædictâ conditione relictus, etiam conditione illâ finitâ maneat, ex solâ fit speciali æquitate & humanitate. Nam quia possibile erat usquè ad omne vitæ tempus usufructuarii, non ad su-

am mentem venire furentem, vel conditionem impleri, humaniffimum est, ad eorum vitam ufumfructum extendi. Quemadmodum etiam fi decef- ferit Ufufuctuarius ante im- pletam conditionem, vel furo- rem finitum, extinguitur ufus- fructus: ita humanum est exten- di eam in ufufuctuarii vitam, etfi antea decefserit furiofus, vel alia conditio defecerit, uti in ea- dem lege apertis verbis disponi- tur. Unde liquidò conftat ufum- fructum totaliter conftitutum, conditione fublata vel non ad- impletâ, permanere quidem, fed non nifi per quandam ex- tenfionem, ex æquitate & hu- manitate fpeciali petitam, quam extenfionem cùm leges & pri- vilegia in jure non admittant, non mirum eft, diverfum in pri- vilegiis obtinere, nec hoc in ca- fu ex identitate rationis ab ufus- fructu ad privilegia argumen-
ta-

Pri
tatio
terim
denti
ad be
tingu
extin
& ex
Et be
ceffu
hære
patie
linqu
illud
prius
illud
tract
non
hibe
hinc
vileg
ceffa
diè r
fum
exp
Suc
dear

tationem procedere posse. Interim quamvis morte concedentis regulariter beneficium ad beneplacitum concessum extinguatur, si tamen, concedente extincto, privilegiarius in usu & exercitio privilegii, ad defuncti beneplacitum primitus concessum, indefinenter persistat, & hæres eum in eodem exercitio patientiâ suâ & conniventiâ relinquat, reviviscere privilegium illud & resuscitari verisimile est, prius extingui, quàm ab hærede illud expressè revocetur, & retractetur, cum, quod expressè non mutatur, nequè stare prohibeatur, *l. 27. C. de testam.* Et hinc est, quòd quidam IC^{ti} privilegia ad beneplacitum concessa, morte Concedentis, hodiè non extinguunt, sed usu diversum observari, ac revocationem expressam vel concedentis, vel Successoris requiri statuunt. Videantur pluribus de hac quæstio-

372 *Caput XV. de Amiffione*
ne Covarruv. lib. 3. var. resol. c. 15.
Menoch. de arbitr. jud. quaft. 69.
Gail. 2. obs. 60. n. 15. & 16. Klock.
de contrib. c. 16. n. 120. & feqq.
Lipfk. cent. 2. femis. 41. n. 8.

2. *Extin-
ctâ per-
fonâ
privile-
giatâ,* Secundò, *extinctâ personâ pri-
vilegiatâ, l. 196. ff. de R. I. l. 1.*
D. 2. ff. de const. Princ. c. 7. de reg.
jur. in 6. etiamsi privilegium sit
datum in perpetuum, quia ista
perpetuitas, quoad materiam
subjectam, tantum ad vitam ho-
minis privilegiati extenditur, u-
ti suprâ c. 10. probatum est, nisi
privilegium personæ & hæredi-
bus sit datum, aut aliæ circum-
stantiæ concurrant, de quibus
suprâ c. 2. 10. & 13. copiosè a-
ctum est, ac proinde hîc repe-
re supervacaneum.

3. *Extin-
ctâ re
privile-
giatâ* Tertiò *extinctâ re privilegiatâ,*
si videlicet castrum, Civitas, Ec-
clesia, collegium, autoritate &
facto superioris, ob rebellionem
vel crimen violatæ publicæ pa-
cis sine spe reâdificandi destru-
ctum,

Pr
ctum
enim
Civi
patit
etiam
qual
& m
conf
imm
mni
dest
etia
mod
etia
stru
tur,
rest
ant
sup
est,
ctu
ran
Qu
& l
qu
tyr

ctum, soloquè æquatum sit, tùm enim, quia collegium, Ecclesia, Civitas, vel Castrum maximam patitur capitis diminutionem, etiam omnia jura & privilegia, qualia sunt jurisdictio, merum & mixtum imperium, statuta, consuetudines, exemptiones & immunitates, & in summâ, omnia jura in totum amittit, quia destructo principali, destruitur etiam accessorium, *l. 2 i. ff. quib. mod. ususfr. amitt.* Nec refert, etiamsi Ecclesia, Civitas, castrum vel collegium reædificentur, vel restaurentur, quia etiam restaurata non recuperant sua antiqua privilegia, sed ea illis à superiore denuò restitui necesse est, & solennitas requisita in actu faciendo, etiam in eo reparando vel reficiendo requiritur. Quod si tamen non à superiore & Principe legitimo, nec ob aliquod patratum crimen, sed à tyranno vel hoste, belli tempo-

re, Ecclesia vel civitas destructa, aut castrum destructum, soloquè equatum sit, tantùm abest, ut jura & privilegia sua amittant, ut etiam alio loco reftaurata, eadem retineant, *c. pastoralis. 7. quæst. 1.* quia bellum inter casus fortuitos numeratur, sicut & vis latronum & prædonum, *§. item is cui. Instit. quib. mod. re contr. oblig. & jure civili latrones appellantur*, qui injustum bellum movent, *l. 24. ff. decaptriv. & postlim. rev.* Similiter castrum destructum, & aliò translatum seu ædificatum, subditos & privilegia sua retinet, per regulam, quod surrogatum sapiat naturam sui surrogati, urbe etiam destructâ vel conflagratâ, civitas manet, cùm non in muris & moenibus Civitas consistat, sed in civium omnium cœtu, sub ejusdem imperii summâ potestate, teste *Bodino de Rep. lib. 1.*

P
c. 7.
Per
ben
vibr
cùm
nici
tem
civi
and
bus
sim
Ne
Ca
ban
cùm
tos
nis
in f
ma
30
no
ner
vil
bit
Le
do

c.7. Hinc Athenienses bello Persico, suasu Themistoclis, urbem penitus deseruerunt, & navibus salutem sibi quaesiverunt, cum Themistocles, patriam municipes esse, non mœnia, civitatemquè non in ædificiis, sed in civibus positam censeret, ac eandem non nisi ligneis mœnibus servari posse indicaret. *Iustin. lib. 2. c. 12. Plutar. & Corn. Nepos. in Themistocl.* Hoc quia Carthaginenses non intelligebant, Carthago deleta est. Nam cum Carthaginenses per Legatos urbem non deleri à Romanis peterent, responsum est, ut in fide Senatus populiquè Romani permanerent, obsidibus 300. & navibus populo Romano datis, civitatem Carthaginensium salvam fore jura, privilegia, immunitates easdem habituri, quibus antea usi fuissent. Legati accepto responso læti domum redierunt. Interea Scipio

pio Africanus Junior per Cenforium Legatum, acceptis obfidibus populum Carthaginensem Univerfum urbè excedere juffit, fic tamen ut quæcunquè vellent exportare, urbemquè à portu remotiorem condere liceret. Carthaginensibus perterrefactis: fidemque S.P. què R. appellantibus, refponfum eft: Populum Romanum femper fidem coluiffe, & quæcunquè à legatis eorum promiffa fuiffent, præftitiffe, Civitatem verò mœnibus urbis minimè contineri. *Appian. in Lybico.* Quod fi verò Ecclefia, civitas, castrum vel collegium fuperioris voluntate reædificentur & restaurentur, omnia amiffa jura regulariter recuperant, quia tantum reddit reftitutio in integrum, quantum abftulit læfio, & ficut deportationis ipfum per fe nomen rerum omnium fpoliatio eft; ita indulgentiæ reftitutio, bonorum & dignitatis,

uno

Pr
uno
um h
de fe
enda
um i
4. ff. a
Se
regno
regnu
ri un
hoc p
tur?
peric
hac
inco
care
1617
regn
cie f
privi
folar
mina
fund
nom
Bene
Gall.

uno nomine amissorum omnium fit recuperatio, *l. fin. §. fin. C. de sent pass.* & restitutio ita facienda est, ut unusquisquè Jus suum in integrum recipiat, *l. 24. §. 4. ff. de minor.*

Sed quid si provincia vel Civitas regno, castrum civitati, vel etiam regnum regno, civitas civitati alteri uniatur & incorporetur, an per hoc privilegia antiqua extinguuntur? Magnum sanè, ne id fiat, periculum subest, ita ut vel ex hac ratione omnes Uniones & incorporationes difficultate sua carere non soleant. Sic Anno 1617. cùm Benearnenses Galliarum regno incorporandi essent, specie futuræ concordie subverti privilegia, peti religionem, desolari provinciam: majora flumina, ubi mare subierint, confundi aquis dominantibus & nomen amittere, causabantur Benearnenses. *Gramond. l. 3. hist. Gall. p. 193.* Et Anno. 1604.

An per incorporationem privilegia antiqua extinguantur?

cum

378 *Caput XV. De Amiffione*
cùm Angliam, Scotiam & Hi-
berniam uno nomine Britannia
conglutinare vellet Jacobus
Angliae Rex, Scotiae Proceres
inferebant, multarum rerum
confusionem sub unico tantum
nomine in convocationibus
Curialibus, in feffionibus, offi-
ciis, legibus, confuetudinibus,
libertatibus, Regni privilegiis
patere. *Petr. Matth. lib. 7. narrat.*
l. n. 13. Ut autem res pericu-
li plena fit ad quaestionem ta-
men ipsam non nisi *distinguendo*
responderi potest. Aut enim pro-
vincia vel civitas & similia, adji-
ciuntur regno *pleno jure & sim-*
pliciter; ita, ut fiant unum re-
gnum per incorporationem; aut
adjiciuntur *limitate & cum condi-*
tione, quoad quaedam tantum,
retinendo proprium nomen,
statum, antiquam dignitatem, &
omnia jura, quae habebant ante
unionem vel incorporationem.
Priori casu provincia vel civitas
le-

Pr
legil
inco
quic
gnun
at.
fale,
sequ
per l
quod
Cift
ferva
tr. de
infer
dum
Met
que
mate
gistr
Secu
non
fuet
utit
simp
mita
casu
at co

legibus & Privilegiis Regni, cui
incorporata est, subijcitur, quia
quicquid Regno accedit, re-
gnum est, per *l. 18. §. 1. ff. de pign.
act.* & cum regnum sit univer-
sale, recipit augmentum, quod
sequitur naturam sui Principalis
per *l. 8. C. de jur dot.* Hinc est,
quod domus religiosa aggregata
Cisterciensibus eorum regulas
servare tenetur, *c. recolentes. ex-
tr. de Stat. Monach.* & Ecclesiæ
inferiores regi debent secun-
dum consuetudinem Ecclesiæ
Metropolitanæ, quæ ut unicui-
quæ Sacerdotalis dignitatis est
mater: Sic & Ecclesiasticæ Ma-
gistra rationis, *c. 13. distinct. 12.*
Secundo verò casu provincia
non subijcitur legibus, aut con-
suetudinibus regni, sed propriis
utitur, cum unio non sit facta
simpliciter & pleno jure, sed li-
mitatè, adeoque cesset in primo
casu considerata ratio, & urge-
at contraria, ac idcirco contra-
rium

380 *Caput XV. de Amiffione*
rium jus statui necesse fit. Re-
tinet enim hoc in casu provin-
cia, civitas vel Ecclesia, alteri
unita, suum nomen, dignita-
tem, & privilegia, arg. c. 5. & 6.
causa 21. quæst. 1. quâ de re plu-
ribus videri potest *Victor de cau-
sis exempt. concl. 18. & Speidel.*
in notab. jurid. Hist. polit. lit. v.
in voce Dnirte Provincien. Sic
Borussia, etsi sit in jus fortem,
proprietas & titulum coronæ
Poloniæ Anno 1454. incorpora-
ta & inviscerata, subiecta etiam
in perpetuam Regis & suorum
Successorum, ac Regni Poloniæ
ditionem, gubernationem, pro-
tectionem, potestatem, fidem,
imperium & regimen, id tamen
juribus Prussiæ semper salvis fa-
ctum est. *Iur. mun. terrar. Pruss.*
p. 28. & 29. adeoquæ jura sua
& privilegia particularia Borus-
sia adhuc habet & retinet, quem-
admodum & Lithuania per in-
corporationem antiqua sua &
par-

Priv
partic
non po
in hun
Qu
tum te
tempo
1. ff. de
notat,
conced
privile
norum
tim ab
tionis,
praced
beantu
in integ
tamen
tem no
scil. sic
um, ce
tum,
ulteriùs
de postu
co ii, qu
petit, &
spatium

particularia jura ac privilegia non perdidit, sed ea constanter in hunc usquè diem servat.

Quartò, privilegium ad certum tempus concessum, ^{4.} *elapso* ^{Elapso} *tempore* extinguitur, *arg. l. 87. §. 1. ff. de legat. 2. ubi Gothofredus* ^{tempore.} *notat, finitâ ætate, cujus favore conceditur privilegium, finiri privilegium. Favore enim minorum receptum est, ut eis statim ab ipso momento obligationis, vel ex lapsu diei absquè præcedente interpellatione debeantur usuræ, l. 3. C. in quib. caus. in integr. restit. nec. non est, quæ tamen mora ultrâ minorennitatem non durat, per d. l. 87. ne scil. sicut pœna, ita & privilegium, certo tempore determinatum, contra legis voluntatem ulteriùs porrigatur, l. 8. in fin. §. de postul. Hinc de jure Canonico ii, quibus electio Prælati competit, & ad hoc trium mensium spatium concessum est, si tempus*

pus præterire patiantur, eligendi potestate ea excidunt, & ad proximum eligendi potestas devolvitur, *c. 41. extr. de elect.* Et si Papa beneficia vacantia in Curia non conferat intra mensem à die vacationis; illi, ad quos collatio pertinebat, illa conferre poterunt, *c. Statutum de prabend. in 6.*

5.
Anti-
quatio-
ne.

Quintò privilegium antiquatione, seu per contrariam consuetudinem & usum extinguitur, & quemadmodum consuetudo privilegium introducere potest & legem; ita & legem vicissim ac privilegium destruere. Magnæ quippe authoritatis consuetudo habetur, *l. 36. ff. de ll. & quæ longâ consuetudine per annos plurimos observata sunt, non minus, quàm ea, quæ scripta sunt jura observantur, l. 35. ff. eod.* Excipitur tamen ab hac regula privilegium nobilium in eo consistens, quòd torturæ sub-
jici

Priv
jici no
stion.
ne qu
dine to
illa ten
minatur
Sextò
dignitat
primiti
nus mi
tos, qu
stra ven
codicill
rit, qu
haberi,
in castra
jure civ
cilli eju
in pr. ff.
men no
majore
um exc
hi enim
privileg
excus. n
de prim.

jici non possunt, *l. 11. C. de qua-
stion.* Hoc enim privilegium
ne quidem contrariâ consuetu-
dine tolli potest, sed consuetudo
illa temerariæ usurpationis no-
minatur, *in l. 33. C. de Decur.*

Sextò, finitur privilegium finitâ 6.
dignitate & officio, cui privilegium Finitâ
primitus datum est. E. G. Tribu- digni-
nus militum, si intra dies cer- tate
tos, quàm Successor ejus in ca- privile-
stra venerat, manens in castris, giari.
codicillos fecerit, & ibi decesse-
rit, quoniam desinit militis loco
haberi, postquam successor ejus
in castra venit, ideò communi
jure civium Romanorum codi-
cilli ejus æstimandi sunt, *l. 20.*
in pr. ff. de test. milit. Hoc ta-
men non obtinet in iis, qui ad
majorem dignitatem & officii-
um excellentiùs sunt provecti,
hi enim etiam prioris dignitatis
privilegia retinent, *l. 11. C. de*
excus. muner, lib. 10. & l. 1. C.
de prim. secund. & notar. lib. 12.
cùm

cùm per absurdum, perquè temerarium fit liberalitatem superiorum quemquam astutâ interpretatione, non ad augmentum anteriorum privilegiorum, sed diminutionem convertere, concedi, l. 2. *C. de prapof. agent. in reb. lib. 12.*

7. *Reju- dicatâ.* Septimò, privilegia extinguuntur *per rem judicatam*, si vid. superior sciens, contra privilegium judicaverit, & privilegarius ab eâdem sententiâ non appellaverit, c. 21. *extr. de sent. & re jud.*

8. *Per secundum Privilegium.* Octavò, privilegium extinguitur *per secundum privilegium, expressam anterioris mentionem faciens*, juxta plurimorum Jcto- rum opinionem, qui id *ex c. 9. extr. de prascript. & l. 15. C. de R. V.* eruere conantur. Quorum sententia meo judicio in tantùm admitti potest, ut regula de privilegiis ad beneplacitum datis, intelligatur, adeo- què

què pr
neplac
sterius
volunt
tatam
privile
le, pot
us der
posteri
in toto
rogetu
beatur
ctum e
rius pri
vel neg
per exp
de reser
hos cat
riorem
mam I
adeoq
sterior
enim h
nonico
confor
Canon

què privilegium primum ad beneplacitum concessum, per posterius fisci possit, quippe quod voluntatem concedentis immutatam esse ostendit. *Deinde* si privilegium anterius sit generale, potest ei per speciale posterius derogari, adeoque prius per posterius tolli & extinguere, cum in toto jure generi speciem derogetur, & illud potissimum habeatur, quod ad speciem directum est. *Tertio*, si is qui anterius privilegium habet, eo dolo vel negligentia usus non fuerit, per expressa verba *in d. c. 9. extr. de rescript. l. 80. ff. de R. I.* Extra hos casus illorum arbitror verriorem esse sententiam, qui primam Principis concessionem, adeoque prius privilegium posteriori prevalere statuunt. Est enim hæc opinio, tam juri Canonico, quam civili apprimè conformis. De jure namque Canonico, si primus impetrave-

R

rit

rit primam dignitatem in Ecclesiâ vacaturam, secundus verò certam dignitatem ipsius Ecclesiæ, cùm vacaret, & illa postmodum vacat, debetur primo & non secundo *c. 12. extr. de off. & pot. jud. deleg.* & possessio, quo anterior, eò melior & firmior, *c. 9. extr. de prob.* De jure verò Civili prædia Domus Augustalis, si semel jure perpetuo, vel imperiali præceptione, vel autoritate Comitis ærarii privati apud aliquem fuerint, vel jam dudum sint collata, ad alium transferre perpetuarium non oportet, & apertè edicto definitum est, ut à perpetuario nunquam possessio transferatur, etiam si alteri eam Imperator vel exoratus, vel spontè donaverit, uti loquitur *l. 5. C. de locat. præd. civil. lib. 11.* nequè aut precariò colorata, aut incubatio diuturna, aut novella possessio proprietatis privilegium abolere possunt.

possunt
rei dim
Princip
linguar
rant, ac
& polat
bilis eo
gruunt
turæ di
Domin
fi. Item
labiis m
Dd. loc
dicitur
c. 2. S
Lumin
quàm r
8. C. de
autorita
dus est,
impetr.
bent, u
C. unde
habens
lestari,
debet,

possunt, *l. 2. C. de fund. & salt. rei dimin. lib. 11.* Convenit enim Principum dignitati, ut unam linguam & unum calamum gerant, ac instar lapidis angularis, & polaris in cœlo stellæ, immobilis eorum sit voluntas. Congruunt etiam iisdem illa S. Scripturæ dicta: Semel locutus est Dominus, & quod scripsi, scripsi. Item, quæ processerunt de labiis meis, non faciam irrita, ut *Dd.* loquuntur. Hinc Princeps dicitur lex animata. *Novell. 105. c. 2. §. fin.* Nihilquè est, quod Lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in Principe, *l. 8. C. de sum. trin.* & principali autoritate nemo circumscribendus est, *l. 1. C. de his qui ven. at. impetr.* nec injuriæ inde oriri debent, unde jura nascuntur. *l. 6. C. unde vi.* quin potius causam habens à Principe à nemine molestari, sed perpetuò tutus esse debet, *l. 2. & 3. C. de quadrien.*

præscr. Accedit, quòd largitiones feu donationes, & per consequens privilegia Principum, ut & alii Contractus vim & vicem legis obtineant, *l. 26. C. de don. inter. Vir. & Vxor.* Undè cum privatis non liceat donationem suam absquè causâ revocare, & in alterum conferre, multò minus Principem id facere decet, cujus proprium est concessa non auferre. *Novell. 10.* Deniquè privilegia ut plurimum promissionem annexam habent, quâ Princeps recipit se privilegia sua conservaturum, quales pollicitationes & promissiones loco pacti habentur, quo etiam Princeps obligatur, per *l. 1. in pr. ff. de pact. & l. 1. in pr. ff. de const. princ.* Firmissima itaque in beneficiis Principum est conclusio, quod qui prior tempore est, potior sit jure, & quidem in tantum, ut non attendatur, etiamsi posterior fortè do-

donata
natam
disposi
in *l. 15.*
eum, c
detiner
esse. H
proced
vel do
rei don
mè si c
dum c
merito
c. 17. a
de rescr.
de jure
quòd p
livione
tunitat
impetr
gariqu
tantum
Regno
tionib
obtime
referen

donatarius à posteriore rem donatam vindicare possit, contra dispositionem juris communis, in *l. 15. C. d. R. V.* ubi traditur, eum, cui priori traditum est, in detinendo dominio potiozem esse. Hoc enim in Principe non procedit, qui eo ipso, quod dat vel donat, transfert dominium rei donatæ sine traditione, maxime si donaverit, non per modum contractus sed gratiæ & meritorum contemplatione, per *c. 17. de præbend. in 6. c. tibi qui. de rescript. in 6.* Quæ cum ita se de jure habeant, consequens est, quòd privilegia posteriora, oblivione concedentis, vel importunitate acquirentis, nullo jure impetrata omninò cassari abrogariquè debeant, id quod non tantum diversis præjudicatis in Regno Poloniæ, sed & constitutionibus Regni Anno 1613. ita obtinere debere sancitum est, referente Reverendissimo *Lips-*

390 *Caput XV. de Amissione*
ki. cent. 2. semiff. 41. n. 2. Plura
de hac materiâ Lector reperiet,
præter dictum *Lipskium*, apud
Gail. 2. obs. 55. Bossium de princ.
& privil. ejus. n. 315. Specul. lib.
2. part. 2. de instr. edit. Gylman.
in symphor. supplic. tom. 1. part. 3.
vol. 8. n. 17. & seq. Menoch. de
presumpt. l. 6. c. 40. Peregrin. de
jure fisc. lib. 1. tit. 3. n. 23. &
47. & alios.

9. *Cessante causa & ratione.* Nonò, extinguitur privilegium
extinctâ & cessante causâ & ratione privilegii, cùm secundum
Philosophos regulariter sublatâ
causâ, tollatur effectus, *c. 60. extr.*
de app. id quod tamen non tam
de causa impulsivâ, quàm finali
intelligendum esse, suprà *c. 10.*
probavi, quorsum etiam lectorem
remitto. Exemplis tamen
rem fusiùs explicare, ut spero, ju-
vabit, quorum plurima in jure
occurrunt. Sic privilegium con-
cessum ratione minorennitatis
expirat, quando quis ad majorem

Privi
rem a
ff. de l
cessun
superv
4. S.
quod
statut
te, d
urgeb
quast.
conce
fat, c
haret.
cessan
fungi
de Ep
quoq
preco
ibi vi
ris, d
tur p
causâ
privi
nit, a
minu
cusat

rem ætatem pervenit, *l. 87. §. 1. ff. de legat. 2.* Privilegium concessum ob paupertatem cessat supervenientibus divitiis, *l. cura. 4. §. 1. ff. de mun. & honor.* & quod pro necessitate temporis statutum est, cessante necessitate, debet cessare pariter, quod urgebat, *c. quod pro necessitate 1. quest. 1.* Similiter privilegium concessum favore religionis cessat, cessante religione *l. 1. C. de haret.* & privilegia Clericorum cessant, si ipsi ritè officio suo fungi cessaverint, *l. 52. §. 1. C. de Episc. & Cler.* Monasterium quoquè tam diu debet honoris prærogativa gaudere, quamdiu ibi vigerit observantia regularis, & idoneæ in illo inveniuntur personæ, alioquin cessante causâ, propter quam datum fuit, privilegium extinguitur & desinit, *c. 25. extr. de V.S. in fin.* Nec minùs Geometræ beneficio excusationis à tutela gaudent,

quamdiu Princeps curam alicujus rei illis junxit, hac verò cessante, cessat privilegium, *l. 22. §. 1. ff. de excus.* & miles militare desinens, privilegia militum amittit, *l. 20. ff. de testam. milit.*

IO. Decimò, perditur privilegium *per reprobationem & annullationem*, si nimirum in contradictorio judicio exceptionis contra privilegium ab adversâ parte inferantur, adeoque illud nullum & invalidum esse per evidentes juris vel facti rationes evincantur. *Reprobare enim in jure est* exceptionem aliquam proponere, aut contra facta, aut contra personas, aut contra res aliquas, nempe allegare illa non debite, nec legitime facta, aut etiam per personas non audiendas, aut res esse admiffione indignas; adeoque hæc omnia rejicienda, & ad probationem contra se non admittenda, juxta *Dambonder. in prax. civil. c. 183.* Et quemad-

Per reprobationem & annullationem.

modum documenta literalia & testimonia etiam vitiosa, eò usquè subsistunt, donec reprobata fuerint, aut exceptione labefactata; ita privilegia, quamvis nullo jure data, & per se nulla, eo, contra quem faciunt, tacente, & ne quicquam contradicente aut excipiente, sæpè admittuntur, è contra vero, ubi reprobantur & refelluntur, plerumquè robur suum & vim deperdunt. Reprobati autem possunt omnia illa privilegia, quæ contra juris formam impetrata & data sunt, qualia sunt illa, quæ in sese meram Juris civilis dispositionem continent, aut ab eo emanârunt, qui ea concedendi facultatem non habuit, item, quæ lite pendente, sub & obreptitiè, per dolum, fraudem, mendacium, contra communem utilitatem; aut etiam in præjudicium alterius obtenta sunt; aut quorum tempus concessionis extin-

ctum; aut contra quæ est judi-
 catum; aut quæ per non usum,
 abufum, delictum &c. deperdi-
 ta, aut quæ à Judice concedente
 sunt revocata; vel quibus à pri-
 vilegiario renunciatum est; aut
 quæ in aliquo fufpecto loco, vi-
 tiata, rafa & cancellata, in figillo
 etiam falsificata, ac falsis chara-
 cteribus fenfum immutantibus
 corrupta sunt, quæ omnia fufius
 colligi & intelligi poffunt ex iis,
 quæ fuprà c. 6. de formâ privile-
 giorum pertractavi. Videatur
 etiam *Speculat. lib. 2. part. 2. de
 instrum. edit. §. II. n. 10. Jus Saxon.
 l. I. art. 49. in gloss. Damhoud. in
 prax. civil. c. 187. n. 12. Nep. à
 Montalb. de except. artic. 2. Ioh.
 Cervus in farrag. act. jur. civil. &
 provinc. l. I. fol. 10.*

II. Undecimò deniquè finitur
 privilegium *exprefſâ concedentis
 revocatione*, h. e. quando Prin-
 cept vel fuperior quivis, qui Pri-
 vilegium conceffit, illud juftâ de
 cau-

Pr
 cau
 hoc a
 cetur
 babi
 què p
 qui l
 volun
 gii re
 unt,
 facer
 potes
 miles
 gens
 immo
 onem
 nega
 turpi
 est, r
 quide
 æqua
 confe
 duob
 tet, f
 jactu
 neas
 mit. n

causâ retractat & annihilat. Ad hoc autem, ut privilegium revocetur, necesse est justam & probabilem causam præcedere, nequæ probanda est eorum opinio, qui Principibus *etiam ex nudâ voluntate, nullâ de causâ,* privilegii revocandi potestatem tribuunt, quin potiùs, si hoc ipsum facere præsumant, illud reponi potest, quod olim, nescio quis miles Veteranus, promissa exigens, Sigismundo Imperatori immoderatam ejus fuisse petitionem dicenti, regessit: Poteras negare cum peterem, nunc sine turpitudine, quod permissum est, rescindere non poteris; quæ quidem militis responsio, tam æqua visa fuit Imperatori, ut confestim responderit; Si ex duobus alterum me ferre oportet, faciliùs rerum, quàm famæ jacturam subibo, ut refert *Aeneas Sylv. l. 3. comm. in Panormit. n. 3.*

Causa
revoca-
tionis.

Potissima verò revocandi pri-
vilegia causa est, si privilegium po-

1. *Stea* (non apparenter & leviter,
Ob pu- fed evidenter & enormiter) no-
blici bo- cere utilitati publica incipiat, &
ni enor- medium aliud consulendi, aut
mem- corrigen- di non superfit, subditi-
lacionē. què eo ad suam & Patriæ perni-
ciem abutantur. Incautæ quip-
pe matris esset infanti cultrum
credere, aut cum per ætatem,
pedes nondum planè conforma-
ti, ambulationi impares sunt, li-
berum divagandi arbitrium per-
mittere, uti benè monet *Zevercot.*
in obs. polit. ad Sueton. Cesar. c. 7.
Ideò Augustus confœderatas
quasdam urbes, sed ad exitium
licentia præcipites libertate pri-
vavit, teste *Sueton. in Augusto c.*
47.

2. *Accedit alia causa, ingratitude*
videl., quam quidem tantoperè
averfabatur *Elisabetha* illa Au-
gustissima Angliæ Regina, ut si
quid sit in rebus humanis, in

Ob in-
gracitu-
dinem.

Spi-

P.
Spi-
ingr-
cum
Gall-
com
4. *h*
jure
in in-
ut fi-
nem
ter v-
qui
Patri-
sunt
cum
gere
liber-
clin-
lent
dona
plex
legi-
cano
tùm
bet
catu

Spiritum Sanctum peccatum & ingratitude esse statueret, cum Anno 1598. Henricum III. Galliarum Regem fidei datæ commonefaceret. *Cambden. part. 4. hist. Elisab. pag. 709.* Hinc in jure nil æquè perit, quàm quod in ingratos collatum est, quo fit, ut filius ingratus ob ingratitude nem exhæredari, donatioquè inter vivos revocari possit. Nam qui obsequiis suis liberalitatem Patronorum provocarunt, non sunt digni, quo eam retineant, cum cœperint obsequia negligere; cum magis in eos collata liberalitas ad obsequium eos inclinare deberet, quàm ad insolentiam erigere, *l. 1. C. de revoc. donat.* Non tamen quævis simplex ingratitude effectum privilegii enervat, aut causam revocandi suppeditat, sed illa tantùm, quæ delictum comitem habet, nequè etiam donatio revocatur ex quavis levi, sed magna

tantum in ingratitudine, veluti si donatarius donantem capitis rem arguat, vel status quaestio- nem ei moveat, *l. fin. C. de revoc. donat.*

3. Deinde possunt etiam privile-
 Ob de- *gia omnia ex defectu materia vel*
 fectum *formae, ex causis, supra hoc &*
 materiae *praecedentibus capitibus recen-*
 & for- *sitis, regulariter revocari, si vide-*
 ma. *licet Reip. & utilitati publicae*
sint perniciofa, legibus divinis
naturalibus, fundamentalibus
adversa, secus si aliquibus defe-
ctibus levioribus laborent, quae,
ad exemplum exiguae laesionis in
contractibus, privilegia irrita
non reddunt, nec revocabilia.
 Sic ob solam privilegii eminentiam, magnitudinem & nimietatem, quae alioquin in primae concessione privilegiorum, per ea, quae supra c. 6. dixi, attendenda veniunt, privilegia revocari non possunt, per c. 3. *extr. de donat. l. 1. ac 4. C. de revoc. do-*
nat.

nat. & l. 4. C. de donat. Unde non usque adeò malè Judæorum patronus Nicolaus ab Herode Judæis additus, cùm Judæi gentiles coram Agrippa de violatis privilegiis accusarent, locutus est: Omnibus, qui aliquam injuriam patiuntur, Agrippa præstantissime, confugiendi ad potestatem majorem incumbit necessitas, nobis verò etiam impetrandi, quæ petimus, adest fiducia. Nequè enim aliud postulamus, quàm quod antea vestrâ beneficentiâ concessum est, quodquè hi nobis adimere conantur, qui æquè ac nos vestro subjecti sunt imperio. Atqui, si magnum est vestrum beneficium, digni sumus, qui id retineamus, hoc ipso, quod nos dignos eo judicâstis; sin parvum, turpe fuerit, ne parva quidem vos posse concedere. *Ioseph. lib. 16. antiq. Judaic. c. 4.* Sin autem privilegia ita sint immodica, ut potestata-

testatem dantis & personam accipientis excedant, damnumquè grave Reipubl. aut everfionem legum divinarum, naturalium & fundamentalium importent, non minùs atquè immodicæ donationes revocantur, per *c. 2. & 3. extr. de donat. Novell. 7. c. 2.* Sic Galba liberalitates Neronis, non plùs decimis concessis per 50. equites Romanos, eâ conditione revocandas curavit, exigendasquè, ut si quid Scenici vel Xystici donatum olim vendidissent, auferretur emptoribus, quando illi absumpto pretio solvere nequirent. *Sueton. in Galba c. 15.* Caroli VI. Galliarum Regis largitionibus immodicis soliti sunt præfecti ærarii subscribere; immodicè datum, & repetatur. *Paul. Æmil. in Carol. VI.* & Matthias Rex Ungariæ coactus fuit, rogatione populi, donationes Uladislai, & nonnullas etiam ex suis irritas facere, *Decret.*

P
Decret.
 nos or
 Zimi
 emit
 largit
 dicen
 mult
 sudor
 num
 in Zu
 tam p
 mo j
 quod
 perat
 Fallu
 libert
 scian
 i. his
 Po
 cari n
 gnun
 verg
 & pr
 ris, n
 ta, co
 c. si g

Decret. 2. Matth. Reg. S. & g. nos omnes. Nec minus Imperator Zimisces Basilio cubiculario ademit, quicquid Nicephorus ipsi largitus fuerat; indignum esse dicens, publicis possessionibus multorum præstantium virorum sudoribus & sanguine partis, unum Spadonem perfrui. *Zonar. in Zimisce. tom. 3. annal.* Ac de tam profusis largitionibus optimo jure id sentire & dicere licet, quod olim Piso de Ottone Imperatore sentiebat & dicebat: Falluntur, quibus luxuria specie libertatis imponit; perdere isti sciunt, donare nesciunt, *Tacit. l. i. histor.*

Possunt porrò privilegia revocari non tantum ea, quæ in magnum detrimentum Reipubl. vergunt, sed etiam quæ ex merâ & propriâ liberalitate superioris, nullius causæ intuitu, donata, concessa & promissa sunt per *c. si gratiose de rescript. in 6.* Id quod

4.
Ex aliis
causis.

quod tamen JC^{ti} ut plurimum cum hac limitatione intelligunt, si vid. dominium nondum translatum fit, si verò per privilegia in simplicis donationis terminis consistentia, traditione verâ vel fictâ dominium translatum sit, irrevocabilia censentur. Nam qui donat, sic dat, ne recipiat, *l. 1. §. 2. ff. de precario*. Et traditio cum sit modus acquirendi de jure gentium, atque hoc jure Princeps solutus non sit, utique nec rem alteri quæsitam auferre potest. Unde nec Vasallum feudo potest privare, ex quo in Vasallum utile fundi dominium transit, etiamsi directum Dominium apud Principem remanserit, *c. 1. de nat. feud. c. 1. de feud. sin. culp. non amitt.* Nec minus privilegia, ad beneplacitum concessa, etiam quocunque tempore à concedente revocari possunt, per ea, quæ suprâ hoc eodem capite & aliis dicta sunt, quæ hîc nauseæ

vi-

vitandæ ergò, non reiterabo. Ita ea, quibus clausula hæc reservatoria, *salvo jure mutandi, meliorandi, augendi, minuendi, revocandi & tollendi* (quæ Statutis Opificum, eorumquè ordinationibus semper annecti solet) addita est, tum enim precariò concessa videntur, ac proinde nuda concedentis voluntate, & absquè causa revocantur, *l. 1. ff. de precar.* cum nemini sit injurius, qui suo sibi reservato jure utitur, *tot. tit. C. de donat. quæ sub mod. vel condit.* Id quod deniquè etiam in iis, quamvis limitato respectu, obtinet privilegiis, quæ hanc habent annexam pollicitationem, quâ declarat & recipit Princeps se privilegia ista subditis conservaturum, & si quid alii contrà moliti fuerint, eorum defensionem & patrocinium suscepturum esse. Hæc enim (dummodò alia non concurrant obstacula revocationem non impedien-

dientia) non respectu loquentis & concedentis, sed aliorum sunt intelligenda, cum nemo sibi legem imponere censeatur, à qua nequeat recedere. *l. pen. ff. de recept. qui arbitr.*

Privilegia non revocanda.

I. Ex affectibus.

Quemadmodum autem iusta de causa privilegia revocare licet, sic primò indignum est, si nullà de causâ, ex solo odio vel irâ revocentur, quemadmodum olim Pompejus, Luculli successor, omnia ejus acta, non tam publicæ utilitatis causa, ex odio & invidia antecessoris revocabat, teste *Plutarch. in Lucull.* & *Claudius* omnia acta *Caji* rescidit, *Sueton. in Claud. c. II.* *Zeno* quoque Imperator redux, omnia decreta *Basilisci* abrogavit. *Evagr. lib. 3. c. 8.* Deniquè *Theodosius* iratus *Antiochenis* ob seditionem privilegia ademit, qui tamen reliquis tantò est laudabilior, quòd posteaquam iram deposuit, & ad se rediit, adempta pri-

Pr
privi
dere
19.
Se
rum e
nitudo
cabili
quàm
dos.
quipp
vileg
emph
ita m
cond
modi
princ
quoc
Princ
tract
modi
fund
bus,
is, c
illos
vel f
ex ju

privilegia iisdem restituit, ut videre est apud *Theodor. lib. 5. c. 19.*

Secundò, *Erronea* quoque eorum est opinio, qui vel ex solâ plenitudine potestatis privilegia revocabilia faciunt, seducti potiùs, quàm ducti argumento *l. qui fundos. C. de omni agro def. lib. 11.*

quippe cùm ibidem non de privilegiis agatur, sed de contractu emphyteutico, quem Princeps ita modificat, non novis quidem conditionibus, sed ea tantùm modificatione, quæ inierat à principio ex natura contractus, quod etiam privato, nedum Principi, licet. Quid? quòd contractus ibidem etiam ex causa modificatur, ne scilicet alter fruatur fundis fertilibus & alter sterilibus, ex eoquè disponit, quòd vel is, qui accepit fundos fertiles, illos cum sterilibus compenset, vel fertilibus cedat, quod cùm ex justa fiat causa, utique non

2.
Nec revocantur ex solâ plenitudine potestatis.

revo-

revocatio, sed reductio ad legem
 justitiæ & æquitatis dici mere-
 tur. Nequè quicquam facit, quod
 quidam opponunt, Principem
 posse mutare & revocare legem,
 ac jus commune pro beneplaci-
 to, ergò & privilegium. A mu-
 tatione enim & abrogatione, seu
 revocatione juris communis, ad
 revocationem juris singularis,
 quorsum privilegia pertinent,
 argumentum non procedit, cùm
 Princeps Jus singulare quæsi-
 tum alteri auferre nequeat, uti
 passim hoc tractatu probavi, ac
 privilegiorum natura sit, ut per-
 petuò durent, *l. digna vox. C. de*
ll. & c. decet. de R. I. in 6. maxi-
 mè si Civitatibus concessa sint,
l. vectigalia. C. de vectig. & comm.
 Unde rectè *Bodin. l. 1. de Repub.*
c. 8. Non est, inquit, conventi-
 onum ac legum perturbanda ra-
 tio, cùm lex ab ejus voluntate
 pendeat, qui summam in Rep.
 potestatem adeptus est, & quia
 sua

Privi
 sua leg
 teneri
 inter C
 am ha
 disced
 non po
 cept q
 ditis su
 Ter
 tates e
 so conc
 quider
 plenit
 minùs
 bus ret
 ri, mu
 modifi
 Prince
 gentiu
 bus &
 quàm
 à Zeno
 Meliùs
 si sub
 declin
 titulo

sua lege omnes tenere, ipse verò teneri non potest. At conventio inter Cives & Principem mutua habet obligationem, à qua discedi sine mutuo consensu non potest, nec in genere Princeps quicquam habet, quo subditis superior esse videatur.

Tertiò, *privilegia & immunitates ex contractu vel titulo oneroso concessa*, etsi subditis data, ne quidem à summo Principe ex plenitudine potestatis, multò minùs ab inferioribus Principibus retractari, revocari, abrogari, mutari, alterari, innovari, modificari aut imminui queunt. Princeps enim, cùm naturæ & gentium juri subfit, pactis talibus & contractibus non minùs quàm privatus obligatur, *l. benè à Zenone. C. de quadr. præscript.* Meliùs itaque faciunt Principes, si sub initium concessionis hoc declinent, ut ex alia causa, quàm titulo oneroso, vel ex contractu

3.

Nec ex contractu vel titulo oneroso concessa.

pri-

privilegia dentur, quam si post concessionem semel data revocent, id quod Rex Galliarum apud Genuenses debellatos fecisse scribitur, qui referente *Guicciard. lib. 7.* omnes pactiones, ante id tempus, inter se & illos factas, abolevit, iisdem tamen ferè rebus iterum, sed ut tanquam privilegia non pacta essent, concessis, quò omnibus ad libitum suum illos privare posset. Et *Elisabetha Angliæ Regina Anno 1597.* concessit, ut Hanseatici antiquis fruerentur privilegiis, modò illa, ut Privilegia ex Principum gratiâ indulta, & non ut facta ex juris rigore exposcerent. Privilegia enim ex Principum gratiâ subditis, nedum exteris, concessa, pro temporum ratione, Reipublicæ bono, aliisque de causis legitimè posse suspendi, revocari & rescindi. Hanseaticos hoc in Daniâ & Sueciâ expertos, & in Angliâ *Eduardo VI. Philippo,*

Pri
 lippo
 Camb
 pag. 6
 bitato
 ampli
 dum &
 illaqu
 & hic
 cedat,
 featico
 in No
Cranz
 fuit, a
 erint,
 munic
 comm
 drens
 sæpè r
 & im
 cessis f
 invitan
 ram r
 nunc i
 revoca
 ibant j
 Facio,

lippo, Mariaquè regnantibus,
Cambden. in hist. Elisab. part. 4.
pag. 696. Turpe etiam est, si ha-
bitatores & negotiatores aliundè
amplis privilegiis ad habitan-
dum & negotiandum invitentur,
illaquè postea revocentur, cùm
& hic contractus & factum inter-
cedat, quâ de re olim inter Han-
seaticos, Flandrenses & Russos
in Novogardia Anno 1386. teste
Cranzio lib. 9. Vandal. c. 20. his
fuit, adè ut Hanseatici inhibu-
erint, nequis Mercator ejus com-
munionis ullam societatem vel
commercium habeat cum Flan-
drensis & Russis, ob causam
sæpè renovatam quod privilegiis
& immunitatibus dudùm con-
cessis frui non sinerent, quæ cum
invitandis primùm in eam ter-
ram mercatoribus data sint,
nunc illis in usum deducentibus
revocari non possint, quia trans-
ibant jam in naturam contractus
Facio, ut Facias. Ubi idem au-
thor

thor hoc vero & pulchro epi-
 phonemate narrationem conclu-
 dit: *Sic se res vertunt, ubi tenuis*
primordiorum status permittit ve-
nientibus immunitatem, invitantur
ut veniant, jam florentibus rebus,
qui invitavère, vix patiuntur secum
consistere, desiderium vertentes in
contemptum, & deinde in fastidi-
um. Quòd si ergò privilegium
 originaliter in contractum tran-
 seat, & ex contractu, facto vel ti-
 tulo oneroso, putà ex empto &
 vendito, aut aliquo facto com-
 mensurativo proveniat, utiquè
 strictè standum illi est, à Principe
 & successoribus, cùm Princeps
 ex talibus concessionibus, perin-
 dè ut quis alius, obligetur &
 devinciatur, nullumquè majus
 sit encomium Principis, quàm si
 se bonæ fidei esse jactare possit,
 quod olim Augustus populo Ro-
 mano, congiarium promissum
 exposcenti, respondit, teste *Sue-*
ton. in Aug. c. 42.

Quartò, nec privilegia in remunerationem bene meritorum concessa, revocabilia sunt, inprimis si meritum illud plurimum salutis privilegianti attulerit, videlicet, si quis aliquem à latrunculis vel hostibus eripuit, & aliquid pro eo ab ipso accipiat, hæc donatio irrevocabilis, nec merces eximii laboris appellanda est, quod contemplatione salutis certo modo æstimari non placuit, *l. 34. §. 1. ff. de donat.* Quicquid enim bene meritis honestatis accidit, id solutum magis videtur esse, quàm præstitum, *Symmach. 8. Ep. 1.* Similiter si quis eloquentiâ & diligentiam suam quem meliorem reddat, ac idcirco beneficium habitationis in loco aliquo nactus fuerit, controversia ei moveri nequit, cum non mera sit donatio, sed officium magistri quadam mercede remuneratum esse videatur. *l. 27. ff. eod.*

4.
Nec in remunerationem concessa.

Quintò, nec jurata privilegia 5.

S 2

revo- Nec pri-

Quar-

vilegia
jurata.

revocationem patiuntur, exemplo Gibeonitarum, quibus etiam si astu eum decipientibus, Josua pacem juratam dedit, *Ioſua 9.* Saul verò violans, graviter punitus est, *2. Sam. 21. v. 1.* & 2. quâ de re pluribus ſuprà *cap. 10.* actum est.

6.
Nec privilegia
Regni
fundamentalia.

His annumerantur ſextò, *privilegia fundamentalia Regni, ac cujuſlibet Status, qualia ſunt illa, quæ Electoribus, Principibus & reliquis ſtatibus in aurea Bulla ſunt conceſſa: item quæ ſub incorporationem Regni Poloniæ, cum Lithuania & Pruffia, Provinciis hiſce ſunt tributa. Hæc enim & id genus alia ſua natura ſunt irrevocabilia, cum contractus naturam ſapiant, cui per ſupradicta, in primis *cap. 10.* Princeps non minùs quàm privatus ſtare tenetur.*

7.
Nec ex
jure naturali

Addi poſſunt ſeptimò, *privilegia illa ex jure naturali gentium-ve deſcendentia, qualia ſunt ſuperio-*

rio-

Pr
riorum
venia,
ne Pr
Princi
rum,
&c. q
revoc
De
tum
ita ut
ceſſum
conce
Quæ
non a
eſt,
Princ
non ſ
& ſic
quàm
niſi ſe
privile
potef
mater
de jur
de con
din.

riorum, ne vocentur in jus sine <sup>genti-
umvè
descen-
dentia:</sup> venia, præfatione aut concessio-
ne Prætoria: Privilegia item
Principum, Illustrium Persona-
rum, Clericorum, Minorum
&c. quæ ut immobilia, sic & ir-
revocabilia habentur.

Deniquè sunt, qui *inter subdi-
tum & non subditum distinguant*, <sup>Distin-
ctio in-
ter sub-
ditum
& non
subdi-
tum.</sup> ita ut privilegium subdito con-
cessum revocari, non subdito
concessum non posse statuunt.

Quæ tamen distinctio pluribus
non arridet, nec sanè recipienda
est, cùm non minus contractus
Principis cum subdito, quàm
non subdito celebratus subsistat,
& fidem Principi tam subdito
quàm alteri servare conveniat,
nisi fortè justa causa, ob quam
privilegium concessum revocari
potest, intercedat. Plura de hac
materia videantur apud *Peregrin.
de jur. Fisci. l. 1. c. 2. Tap. in l. fin.
de constit. Princ. c. 2. part. 2. Bo-
din. de Repub. l. 1. c. 8. Tholos.*

414 *Caput XVI. de Amissione*
de Rep. l. 7. c. 20. Alber. Gentil.
de jur. bell. l. 3. c. 16. Gail. 2. obs.
60. Klock. de contrib. c. 16. n. 130.
Et seq. Faust. de arar. class. 20.
cons. 82. Et 109. Arnis. de jure
Majest. c. 7. Hunn. de autor. jur.
c. 12. Enenckel. de privil. jur. civ.
lib. 3. cap. 8. Et 11. Besold. in de-
lib. jur. ex lib. 1. Pand. c. 13. Et
Et supra c. 10.

CAPUT ULTIMUM.

DE

Amissione Privilegiorum Tem-
poraneâ sive suspensivâ.

Vidimus hucusquè modos a-
missionis totalis Privilegio-
rum, supersunt modi amissionis
temporanei, seu suspensivi, quibus
privilegia non tam perduntur, &
extinguuntur, quàm sistuntur,
ita ut sublato impedimento, ef-
fectum eorum inhibente, pristi-
num suum robur & vigorem ob-
tine-

Pr
tinean
tem ne
privile
ato.

Nec
tra ra
imò e
fitata
admo
ut ne
affere
c. 10.
rat,
mit, l
l. 4. e

Lab
turn.
bet,
remi
niqu
gia,
emp

tineant, idquè fit vel per ingruentem necessitatem, vel per concursum privilegiati, cum pariter privilegiato.

Necessitas durum telum & extra rationem est, *Curt. l. 7. c. 7.* imò efficacior omni arte, non usitata modò præsidia, sed & nova admovens, *Idem l. 4. c. 7.* adèd ut ne Dii quidem illam superent, afferente *Lentulo* apud *Liv. l. 9. c. 10.* Hæc navigia jactu exonerat, hæc ruinis incendia opprimat, hæc lex est temporis, *Senec. l. 4. excerpt. contr. 4.*

Necessitatis vis.

— *Hujus cursus transversè impetum*

Voluerunt multi effugere, paucè potuerunt.

Laberius apud *Macrob. l. 2. Saturn. c. 7.* Hæc legem non habet, sed ipsa sibi facit legem, c. remissionem *1. quæst. 1.* Hâc deniquè ingruente, omnia privilegia, omnes immunitates & exemptiones cessant. Habent enim

416 *Caput XVI. de Amissione*
hoc publicæ necessitates, ut im-
possibilia plerumquè persuade-
ant, *Symmach. 10. ep. 27.* adeò ut
Val. Max. l. 7. c. 6. in pr. exclam-
met: Abominandæ necessitatis
amarissimæ leges & truculentis-
sima imperia, tùm urbem no-
stram, tùm etiam exteras gentes,
multa non intellectu tantum, sed
etiam auditu gravia perpeti coë-
gerunt. Hinc etsi bona Ecclesi-
astica ab exactiõibus & tributis
sint libera, urgente tamen neces-
sitate, non minùs sæpè in illis,
quàm aliis immunitas illa cessat.
Nam si necessitas fuerit in re-
demptione captivorum, tunc et-
iam venditionem rerum divina-
rum, & hypothecam, & pigno-
rationes fieri concedimus, inquit
Imp. l. 21. C. de SS. Eccles. Nec
Ecclesia habet aurum, ut servet,
sed ut eroget illud & subveniat
in necessitatibus, *c. aurum 12.*
quæst. 2. Et magnæ necessitatis
tempore Ecclesiastici excusari

ne-

Pr
neque
tis cu
de im
huc in
fici f
hunt,
in res
verbi
urger
à nob
nem
profu
quin
tur,
quiur
biliur
A
nece
&, n
sit pu
fitas
rend
ter in
publ
& si
l. jul

Dequeunt à murorum & civitatis custodiâ & vigiliis, c. 2. extr. de immun. Eccles. Nec hodie adhuc in casu necessitatis Ecclesiastici se oneribus hisce subtrahunt, testante *Stanislao Lubiencki in resp. ad protest. pag. 204.* his verbis: Si his etiam temporibus urgente summâ necessitate talia à nobis peterentur, qui sanguinem nos ipsum patriæ debere profiteamur, non essemus alieni, quin vel bona Ecclesiæ taxarentur, vel Subditi nostri par obsequium Reip. atquè Subditi Nobilium præstarent.

Attendenda tamen circa hanc necessitatem quædam veniunt, & 1. quidem, ut *Necessitas illa sit publica.* Publica enim necessitas cuilibet privilegio anteferenda, & privilegium generaliter indultum non includit casum publicæ necessitati contrarium, & si includeret, nihil valeret, per *l. jubemus. C. de SS. Eccles. cum*

Necessitas sit.
Publica.

omnes in commune, si necessitas exegerit, conveniat utilitatibus publicis obedire, *l. I. C. de navib. non exc. lib. II.* Sic cùm Cosroës Perfarum Rex ingentem cladem Romanis intulisset, Legatis insuper Cæsaris contemptim habitis, Heraclius Imperator eam injuriam ulturus, cùm nequè copias, quæ hostibus pares forent, nequè pecuniam haberet, aurum & argentum ex magnâ Ecclesiâ, & aliis sacris ædibus mutuatus, signari ex eâ pecuniam fecit, quâ militem conscripsit, insignemquè de hoste superbo victoriam reportavit, *Cuspin. in vit. Heracl. pag. 152. n. 34.* Et Anno 1455. cùm Proceres Poloniae Brestam ad Regem Poloniae Casimir. III. convenissent, flagitantibus stipendium militibus, inita est ratio parandæ pecuniæ, sacra Ecclesiarum vasa conflandi Archiepiscopo, & Uladislaviensi Posnaniensiquè Episcopo assentientibus.

Pr
bus.
Nec
1577
Bator
rebat
ex ter
blicis
inde
blicis
Schi
Se
etiam
lem,
subsi
extra
tur.
ficiu
rend
M.
què
rium
mun
ordi
imp
auct
peri

bus. *Neugeb. lib. 6. pag. 344.*
Nec minus Gedanenses Anno
1577. bello, quod Stephanus
Batoræus Poloniæ Rex illis infe-
rebat, exhausti, idola argentea
ex templis deprompta usibus pu-
blicis dedicârunt, conflataquè
inde pecuniâ necessitatibus pu-
blicis subvenerunt. *Continuat.*
Schütz. lib. 12. fol. 528. b.

Secundò, *necessitatem oportet* 2.
etiam *esse summam*, & quidem ta- Summa
lem, ut ei ordinariis mediis &
subsidiis obviam iri nequeat, sed
extraordinaria omninò requiran-
tur. Quoties enim ordinaria suf-
ficiunt, ad extraordinaria recur-
rendum non est. Hinc laudatur
M. Anthonius Philofophus,
quòd cùm ad bellum omne æra-
rium exhausisset, nequè in ani-
mum induceret suum, ut extra
ordinem provincialibus aliquid
imponeret, in foro D. Trajani
auctionem ornamentorum Im-
perialium fecerit. *Capitol. in M.*

Anton. Philof. Et Hiskias valvas templi Domini confregit & laminas auri Regi Affyriorum dedit, 2. Reg. 18. vers. 16. ne videlicet cives gravioribus oneribus premerentur.

3. Tertiò, non fufficit neceffitatem publicam urgere, fed & eam publice ab Ordinibus & Statibus Regni, Provinciarum, Civitatum approbati convenit, cum juxta *Comin lib. 10.* Principes nullum jus habeant, onus aliquod imponendi invito populo, & vana fit jaftantia Principum, afferentium fe habere privilegia, ut, quantum velint, exigant à populo. Verùm, fi Rex ad hunc modum dicat, habere fe populum fideliffimum, qui libenter imperata faciat; qui nullum onus recuset; qui patientiffimè quidvis toleret; qui damnum acceptum moderatiffimè ferat, majorem sanè laudem ex eo fit habiturus, quàm fi prius illud dicat, fuumquè pri-

vi-

Ab Ordinibus
Regni
approbata.

Pr
vileg
vand
tiã m
hif.
tali g
galia
Princ
um l
Ang
fitati
nì p
noru
cogu
Petr
nec e
in A
ex C
men
Elifa
Boru
C
etiar
fimu
Reg
qui
gnat

privilegium sibi diligenter esse servandum contendat. De Brabantia memorat *Ernest. Eremund. in hist. Belg. tumuult. pag. 25.* eam tali gaudere privilegio, ne vectigalia aut exactiones subditis suis Principes imponant, sine Statuum Patriæ consensione. Et in Angliâ subditi in publicis necessitatibus Regi non subveniunt, nisi publica Curialium Prætorianorum, qui semel quadriennio coguntur, sanctione decernatur. *Petr. Matth. lib. 6. narr. 2. n. 3.* nec quindena vel decima (taxatio in Angliâ certâ) imponitur, nisi ex Ordinum consensu in Parlamento, *Cambden. part. 1. hist. Elisab. pag. 72.* quo jure etiam Borussia gaudet.

Quartò, *Necessitatem oportet* 4.
etiam esse veram, non fictam vel Vera,
simulatam, quâ in parte Angliæ non ficta, sed
Reges præprimis malè audiunt, simulata.
qui quoties cogere volunt magnam aliquam vim auri, bellum.

422 *Caput XVI. de Amissione*
parant in Scotos vel alios, & collecta nonnunquam pecunia, quantum satis est in annum, post trimestre copias dimittunt. Quam rationem optimè calluit Eduardus, eaque non semel usus est, teste *Cominao lib. 5. & 6.* Fugienda verò ars illa, quam nonnulli utuntur, ut, dum utilitatem, vel reparationis urbium, vel exercitus collectionem proponunt, extremam necessitatem fingunt, populoque excitant metum hostis, & postea pecuniis exactis opera imperfecta relinquunt, aut pacem concessam prætendunt, ubi benè monet *Petr. Greg. Tholos. lib. 3. de Rep. c. 6. n. 32.* Deterrimum genus est eorum, qui necessitates fingunt, ut sub prætextu earum habeant, quod in alios (quandoque Magistros ad nequitiam improbos) prodigaliter effundant. Quo nomine derisus aliquando fuit Henricus III. Galliarum Rex: Hic enim cum

An-

P
An
expl
luen
intel
incun
cita r
Habi
in S
publ
nis f
rum
texe
ctita
spice
jacta
cum
astan
in co
què
freti
te, l
exha
face
inte
78.

D

Anno 1585. ad privata desideria explenda, & alienam insaniam luendam, sibi pecuniâ opus esse intelligeret, in eam solam curam incumberebat, ut per licita & illicita rem nummariam explicaret. Habitâ itaque per Cancellarium in Senatu oratione edictorum publicationem urgebat. Orationis summa hæc fuit, ut edictorum iniquitati necessitatem prætexeret, eam hujusmodi esse dictitans, ut à cunctis ubique conspiceretur, quæ verba hûc illûc jactato corpore circumspiciens, cum subindè repeteret, risum astantibus movit. Nam aderant in comitatu Regis gratiosi plerique aulici, qui favore immodico freti, cum nullum, sive rapacitate, seu profundendi libidine, ad exhauriendum ærarium, modum facerent, per necessitatem illam intelligi putabantur, *Thuan. lib.*

78.

Deniquè necesse est, ut necessitate

5.

Non
perpe-
tua.

tate cessante, privilegium pristinas
vires, & plenum iterum vigorem
recuperet, quia quod pro neces-
sitate temporis statutum est, ces-
sante necessitate cessare debet, c.
quod pro necessitate. I. quast. I.
Et tantum de necessitate in ge-
nere.

Causæ
necessi-
tatis in
specie.

In specie quærat fortè aliquis,
quanam ergò sint illæ causæ necessa-
riæ in specie dicta, cursum privile-
giorum sistentes? Ad quam quæ-
stionem, etiam si non omnimodè
plenè responderi possit, multo
minùs casus omnes, quia infiniti
sunt, & pro ratione circumstan-
tiarum variabiles enumerari que-
ant, communiter tamen hoc re-
ponitur, quòd necessitas belli, pe-
stis & famis illæ ipsæ sint potissi-
mum causæ, privilegium cessare
facientes, idquè per l. 2. C. de
quib. mun. nem. se lic. excus. lib.
10. l. 1. & 2. C. de navib. non ex-
cus. lib. 11. Referuntur enim hæc
omnia inter casus insolitos, qui
si

P
fi in
tate
extra
temp
imm
solita
fitati
dens
cessi
gitat
cogi
s. I.
C. de
contr
legat
sacra
non
num
stim
de S
C
nece
speci
nem
bean
simpl

si intercedant, habens immunitatem à muneribus ordinariis & extraordinariis, immunitate ad tempus non gaudet, quia illa immunitas ad onera & munera solita tantùm, in casu talis necessitatis, restringitur, sed concedens præsumitur tempore concessionis de casu insolito non cogitasse, cùm privilegium ad non cogitata non extendatur, per *l. 9. §. 1. & l. seq. ff. de transact. l. 2. C. de SS. Eccles. l. 78. §. fin. ff. de contr. emt. l. 10. §. 1. ff. de annuis legat.* Hinc tempore famis licet sacra vasa distrahere, quoniam non absurdum est, animas hominum quibuscunquè vasis vel vestimentis præferri, *l. 21. in fin. C. de SS. Eccles.*

Cæterùm, quæ suprà tam de necessitate in genere, quàm in specie dicta sunt, hanc limitationem recipiunt, ut scil. locum habeant in immunitate generaliter & simpliciter concessa, non verò, si im-

Limitatio Regule.

im-

immunitas in specie, ab oneribus belli, concessa fuerit, per *l. 11. in fin. ff. de vacat. muner. nec etiam, si ex conjecturâ aliquâ liqueat, tempore constitutionis cogitatum de bello, ac eo fine privilegium impetratum fuisse, utpotè, si concedatur alicui immunitas tempore belli, vel etiam verbis omnem exceptionem excludentibus. E. G. ab oneribus quibuscunque cogitatis vel incogitatis, solitis & insolitis, nullo unquam tempore, ex quacunque causâ aut occasione institutendis aut imponendis, qualibus verbis (etiam necessitatē quamcunque excludentibus) in privilegio incorporationis Terrarum Prussiæ, à Casimiro III. Rege Poloniæ Anno 1454. Cracoviæ concessio, ab omnibus exactioibus & teloneis, Borussia absolvitur & immunis pronunciat, *Iur. Munic. terr. Pruss. pag. 19.* Et tantùm de primo modo suspen-*

E
spen
rùm
pioff
const
Ripa
c. 4.
Gail.
Faus
47. C
8. K
Se
D
& ces
sum p
giato
norer
mulie
rustic
vileg
conq
gunt
verun
nor.
prim
simul
si alte

suspensivo privilegiorum, nimirum de necessitate, quâ de re copiosius consuli possunt, *Tap. de constit. Princ. part. 2. c. 9. n. 43. Ripa de peste passim & speciatim, c. 4. n. 184. Mynsing. 4. obs. 70. Gail. 2. obs. 52. n. 26. & seq. Faust. de arar. class. 5. cons. 46. 47. & 48. Item, class. 7. consil. 8. Klock. de contrib. c. 16. n. 109. & seq. sect. 1.*

Deinde suspenduntur etiam Concur- & cessant privilegia, sus pri- *per concursus privilegiati cum æ- vilegiati *sum privilegiati cum æquè privile-* cum æ- *giato, ita ut minor adversus mi-* què pri- *norem, miles adversus militem,* vilegia- *mulier adversus mulierem, aut* to, an & *rusticus adversus rusticum pri-* quate- *villegiatus non sit, tunc enim* nus pri- *conquassantur privilegia & redi-* vileg- *guntur ad jus commune, per l.* um su- *verum. §. pen. cum l. seq. ff. de mi- spondat? *nor. Hoc tamen intelligendum* *primò est, de eis privilegiatis, qui simul actu sunt privilegiati, alioqui si alter actu sit privilegiatus, al-*
ter**

ter potentiâ, ille contra hunc privilegio uti potest, per *l. 44. ff. ex quib. caus. maj. in integr. restit.* ubi major, quamvis Reip. causâ absens, non restituitur, quia videlicet non est læsus absens privilegiatus, sicuti nec Ecclesia præscribit contra Ecclesiam, nisi tanto tempore, quanto privatus, vid. 40. annis, quia Ecclesia non reperitur activè privilegiata in præscriptione, sicuti passivè.

Auth. quas actiones C. de SS. Eccles. c. 15. extr. de præscript. Deinde, quando privilegiatus actor agit de damno vitando, ille verò, contra quem actio intentatur, agit de lucro captando, tùm privilegiatus de damno vitando agens, præferretur ac utitur privilegio suo contra reum privilegiatum tractantem de lucro captando, cùm non sit par eademquè ratio, amittere debita, & lucra non capere, *l. fin. §. 2. in fin. C. de Codicill.* Hinc mulier fidejubens

po-

pot
jani
cujus
C. a
duos
qui h
ni,
conv
suo
vidu
serab
serab
coram
niri v
um à
nè ca
uti n
miser
ne in
lio, p
com
rem a
vilegi
privil
jure c
net.

potest uti beneficio SC. Velle-
jani contra aliam mulierem, in
cujus favorem fidejussit, per l. 5.
C. ad SC. Vellejan. Tertio inter
duos privilegiatos *præfertur ille,*
qui habet privilegium Iuri commu-
ni, aut saltem juris regulis magis
conveniens. Unde si pupillus ex
suo privilegio velit convenire
viduam, vel aliam personam mi-
serabilem coram Principe, & mi-
serabilis illa persona omninò se
coram ordinario judice conve-
niri velle asserat, ob privilegi-
um à lege sibi tributum, hoc sa-
nè casu pupillus suo privilegio
uti non potest, quia privilegium
miserabili personæ concessum,
ne invita conveniatur coram a-
lio, quàm judice ordinario, juri
communi congruit, l. 3. C. ubi in
rem act. exerc. deb. à quo, cùm pri-
vilegium pupilli recedat, meritò
privilegium miserabilis personæ,
jure communi indultum, obti-
net. Deniquè privilegio adver-
sus

430 *Caput XVI. de Amiffione*
fus privilegiatum tùm demùm
quis uti potest, *fi id privilegium*
altero fit fpecialius, vel etiam poten-
tius, vel ex causâ favorabiliori
conceffionis, vel ex majori rati-
one unius præ altero, vel ex ma-
jori folennitate & corroborati-
one, fimilibusque caufis aliis quas
recenfet *Tap. de conftit. Princ.*
part. 2. c. 8. n. 8. & feq. Covarr.
præct. quæft. c. 7. & Enenckel. lib.
2. de privil. jur. civil. c. 5.

Privile-
gium
affirma-
tivum
& nega-
tivum
utrum
præpon-
deret?

Unica adhuc quæftio circa
concurfum privilegiorum super-
eft, videlicet *duobus privilegis, af-*
firmativo five permittente, & ne-
gativo feu prohibente concurrenti-
bus, cui ftandum fit, vel quodnam
eorum potiffimùm attenden-
dum veniat? Negativum præva-
lere videtur, *arg. l. 3. §. liberti. ff.*
de fufpect. tutor. Nam, quamvis
hæc fit regula affirmativa, quòd
quilibet de populo poffit accusa-
re fufpectum tutorem vel cura-
torem, quia crimen hoc eft pu-
bli-

P
blici
miff
tam
cùm
rator
admi
fufpec
liber
tron
quod
pertin
prohi
verò,
præva
affirm
va vel
to aut
em de
mum
direct
omnia
dus ad
& 7. q
quæ du
quibus
linquo

blicum, & cuius ex populo permissum, l. 1. §. 6. ff. eod. potior tamen est regula negativa, quæ, cum crimen hoc, si tutor vel curator dolum vel latam culpam admiserit, infamiam importet, §. *suspectus autem Inst. de susp. tut.* libertis facultatem accusandi Patronos adimit, & ne quidquam, quod ad infamiam patronorum pertinere videatur, suscipiant, prohibet, l. 11. ff. de dolo. Ratio verò, cur negativum affirmativo prævaleat, hæc est, quia regula affirmativa generalis est, negativa vel prohibens, specialis, in toto autem jure generi per speciem derogatur, & illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est. l. 80. ff. de R. I. quæ omnia fusiùs pertractavit *Sichardus ad l. 4. C. de testam. milit. n. 6.* & 7. quamvis non pauca habeat, quæ dubitatione non careant, de quibus liberum cuiquæ suum relinquo iudicium.

At-

Atque hic terminum operi
huic pono, &

*Omnia cum veterum sint deflo-
rata libellis*

*Multa loqui breviter, sit no-
vitatatis opus.*

F I N I S.

Ma



Action

Aliena

da.

Aliena

tita.

Amiffio

362.

Antiqu

Armis

Benef

Belli

Benè m

Benepla

extin

Bonum p

CAm

Cav

Cera col

I N D E X

Materiarum & rerum præcipuarum.

A.

A	<i>Busu Privilegia an amittantur.</i>	340
	<i>Actio</i>	88
	<i>Actio</i>	88
	<i>Actu contrario an privilegia amittantur.</i>	329
	<i>Actiones quales ob privilegia dentur.</i>	279
	<i>Alienatio Reipublicæ præjudiciosa invalida.</i>	101
	<i>Alienatio Rei Ecclesiasticæ immobilis vendita.</i>	168
	<i>Amiffionis privilegiorum modi.</i>	322. 349.
		362. 414.
	<i>Antiquatione privilegia an tollantur.</i>	382
	<i>Armis privilegia an tuenda.</i>	277

B.

B	<i>Beneficii & Privilegii differentia.</i>	22
	<i>Belli necessitas an tollat privilegia.</i>	424
	<i>Bene meritis privilegia danda.</i>	77
	<i>Beneplaciti privilegia an morte concedentis extinguantur.</i>	362
	<i>Bonum publicum finis privilegiorum.</i>	171

C.

C	<i>Amulensium privilegia probrosa.</i>	162
	<i>Cavillationes vitandæ.</i>	238
	<i>Ceræ colores privilegiati.</i>	164

T

Cessante

Index Materiarum &

<i>Cessante causa privilegii, ipsum cessat.</i>	390
<i>Cessio privilegiorum an & quomodo subsistat.</i>	357
<i>Chartæ puræ privilegium inscriptum an valeat.</i>	153
<i>Citatio an ad privilegia necessaria.</i>	145
<i>Civitate extinctâ an privilegium extinguatur.</i>	372
<i>Clausulæ salutare privilegiorum.</i>	165
<i>Concessionis & privilegii differentia.</i>	22
<i>Concurfu privilegiorum an tollantur privilegia.</i>	427
<i>Condictio ex lege vel moribus ob privilegia.</i>	280
<i>Confirmatio privilegiorum an necessaria.</i>	198
<i>Confirmatio duplex, Generalis & Specialis.</i>	210
<i>Confirmationes intelligendæ salvo jure tertii.</i>	212
<i>Conservationis privilegiorum modi.</i>	214
<i>Consuetudine an privilegium acquiratur.</i>	70
<i>Consuetudine contraria privilegium an tollatur.</i>	382
<i>Consuetudinis & privilegii differentia.</i>	19
<i>Continuatio possessionis in privilegiis necessaria.</i>	274
<i>Contractus utilitati publicæ adversus rescindendus.</i>	113
<i>Contraventione qui privilegia amittantur.</i>	329
<i>Corporale privilegium an detur.</i>	36
	Cur.

Cur.

D

Dign.

Dign.

Dona

Dona

Dura

E B

E

Effici

Empt

Essen

Exter

Extra

Extra

Extra

F An

Fæ

Fides

Fides

Fides

Finis

Forma

Forma

G An

Ge

Gladi

Rerum Præcipuarum.

Curlandicorum Rusticorum privilegiū. 161

D.

Delicto an & quomodo privilegia amittantur. 343

Dignitates conservandæ. 186

Dignitate finita, finitur privilegium. 383

Donatio in Principe nunquā immodica. 178

Donationes Principū quomodo valeant. 101

Duratio privilegiorum. 214

E.

Ebrietas privilegiata. 163

Effectus privilegiorum. 188

Efficiens causa privilegiorum. 52

Emptio privilegiorum an subsistat. 142

Essentia & existentia privilegiorum. 89.

90. 91

Extensio privilegiorum quomodo procedat. 299

Extraneis etiam privilegia dantur. 80

F.

Fame an privilegia tollantur. 242

Fæminæ privilegiorum capaces. 74

Fides Principibus attendenda. 387

Fides non rumpenda. 232

Fides sit jurata. 234

Finis privilegiorum. 171

Forma privilegiorum. 89

G.

Gandavensibus privilegia ablata. 141

Gedanensium Privilegium Papale. 81

Gladiatores privilegiati. 164

T 2

H. Han.

Index Materiarum &

H.

Hanseaticorum privilegia. revocata. 408

I.

Immunitas à muneribus ordinariis inhi-
bita. 119

*Immunitas à Civilibus & personalibus mu-
neribus prohibita.* 191

*Immunitatis privilegium an sit reale vel
personale.* 37

Impuberes privilegiorum capaces. 77

Inæqualitas inter subditos damnosa. 119

Inæqualitas per privilegia non constituitur.
121

Incorporatione an privilegia extinguantur.
371

Indivisibilis & indivisi differentia. 54

*Indivisibilis & incommunicabilis differen-
tia.* 57

Ingratitudine privilegia amittuntur. 343

Insinuatio privilegiorum an necessaria. 146

Interpres privilegiorum quis sit. 291

Interpretatio quotuplex. 293

Interpretationis requisita. 295

Judex privilegiorum quis. 291

Juris privati & singularis differentia. 18

Jus Majestatis an individuum. 53

Jus privatum & singulare quid. 18

L.

Latinitas mala an vitiet privilegium.
159

L. 2.

L. 2.

L. 4.

Leges

Leges

Libe

se

M

Mix

Mon

Mon

Mon

Mor

gi

N

Nim

Non

O

ce

Offic

Ordi

Ordi

26

Rerum Præcipuarum:

L. 2. C. de rescind. vend. privilegium qua- le.	38
L. 4. C. locat. § l. 8. §. 1. de prec. concili- atio.	364
Leges 12. tabb. an vêtent privilegia.	176
Leges fundamentales privilegiis everti ne- queunt.	96
Libertas omnibus grata. 263. quomodo con- servanda.	266

M.

M ateria privilegiorum.	72
Merita recompensanda.	180
Mixta privilegia an dentur.	34
Monarchis privilegia non officiunt.	178
Monopolium duplex.	124
Monopolium illicitum.	ibid.
Morte concedentis an § quomodo privile- gia extinguantur.	262

N.

N ecessitate an tollantur privilegia.	414
Necessitatis potentia.	415
Nimia privilegia damnosa.	135
Non usu quomodo amittantur privilegia.	324

O.

O bscuritas privilegiorum noxia.	155
Officium antea gestum repetere non li- cet.	169
Officio finito finitur privilegium.	383
Ordines conservandi.	186
Ordines Reipublicæ custodiant privilegia.	
263.	Ordi-

Index Materiarum &
Ordinis Teutonici monopolium. 128

P.

P oenarum necessitas.	131
Personalia privilegia quatenus sint perpetua.	217
Persona extincta an extinguantur privilegia.	372
Peste an tollantur privilegia.	524
Populi & plebis natura.	261
Premiorum necessitas,	180
Præscriptione an acquiratur privilegiū.	70
Præscriptione an amittatur privilegium.	324
Probatio privilegiorum quomodo fiat.	283
imprimis perditorum.	285
Provocatio ad privilegia libera fit.	338
Privigni unde dicti.	17
Privilegii etymon. 13. Synonyma.	17
Privilegium à privando an dicatur.	14
Privilegium non est contra Jus.	16. 89
Privilegii & Rescripti, consuetudinis & prærogativa differentia.	19
Privilegii & præscriptionis differentia.	20
Privilegia an sint regalia.	21
Privilegii, concessionis, beneficii & præmia differentia.	22. 23
Privilegia in Jure Canonico dispensationes dicuntur.	23
Privilegii definitio.	24
Privilegiatus male dicitur.	25
Privilegium sit diversum à Jure communi.	Pri-

Rerum Præcipuarum.

128	<i>Privilegia Juri Divino, Naturali & Utili- tati publicæ sint congrua.</i>	29. 91. 100. 110
131	<i>Privilegiorum divisio</i>	30. causa efficiens. 52
sint per-	<i>Privilegia an quis sibi ipsi conferre queat.</i>	62
217	<i>Privilegia quibus dentur.</i>	72
privile-	<i>Privilegiorum requisita.</i>	91
372	<i>Privilegia in præjudicium tertii an vale- ant.</i>	115
524	<i>Privilegium super Lite pendente & contra rem judicatam nullum.</i>	124
261	<i>Privilegiis fontes à pænis non eximendi.</i>	130
180	<i>Privilegia sint rara.</i>	134
egiū. 70	<i>Privilegia impetrata per fraudem & men- dadium.</i>	138. vim & metum. 140. em- ptionem meram an valeant. 143
legium.	<i>Privilegia quomodo scribenda, sigillanda & quo idiomate.</i>	148. & seqq.
324	<i>Privilegia ne sint ludicra, inepta, ignomini- osa, Jure communi concessa</i>	160. & seqq.
283	<i>non ambitiosa aut de genere prohibito- rum.</i>	168
285.	<i>Privilegia augent bonum publicum.</i>	172
338	<i>Privilegia an Monarchiis officiant.</i>	175
17	<i>Privilegia decus & gloria Principis.</i>	177
17	<i>Privilegia stricti Juris temperamentum.</i>	179
14	<i>Privilegium idem operatur, quod Lex & Jus commune.</i>	188. vel consuetudo aut statutum. 189. potentius jure communi. 190. pacto.
16. 89	<i>Privilegia an sint perpetua.</i>	196
dinis &	<i>Privilegia sint jurata.</i>	214
19		225
ntia. 20		
21		
pramā		
22. 23		
lationes		
23		
24		
25		
mmuni.		
Pri-		

Index Materiaturum &

Privilegia non nisi re deliberata danda. 232
Privilegia benevole & ultrò servanda. 237
Privilegia quomodo amittantur. 322. 349.
 362. 414.
Privilegium affirmativum an negativo præferendum. 430

R.

R *atione privilegii cessante cessat & illud.* 390
Rebellione privilegia amittuntur. 340
Re extincta an privilegium extinguatur. 372
Regalia an sint privilegia. 21
Regalia majora & minora quæ. 85
Regalia quomodo privative & communicative conferantur. 86
Re judicata finiuntur privilegia. 384
Rei existenti, & rei præteritæ an detur privilegium. 82
Religionis circa privilegia an habenda ratio. 319
Renunciari an privilegiis possit. 349
Reprobatione num tollantur privilegia. 392
Reprobare quid sit in jure. ibid.
Requisita privilegiorum. 95. & seqq.
Rescripti & privilegii differentia. 19
Rescripta duplicia, Gratiæ & Justitiæ. ibid.
Resistentia ob violata privilegia an licita. 254 & seqq.
Respectus personarum justus. 187
Restrictiva interpretatio privilegiorum quando

Rerum Præcipuarum.

quando adhibenda. 33^I
 Revocatio privilegiorum quando fieri possit
 395. quando non. 404

S.

Scriptura an ad privilegia necessaria &
 quo idiomate. 148
 Seducio malevolorum vitanda. 247
 Seditio privilegia amittuntur. 343
 Sententia an acquiratur privilegium. 71
 Sigilla in privilegiis necessaria. 151
 Sigilla quid & an licita. 158
 Signa personalium privilegiorum 39
 Signa realium privilegiorum. 40
 Sincera sint privilegia. 245
 Subditis privilegia dantur. 80
 Subditorum invitorem alienatio. 106
 Subditorum & non Subditorum diversa an
 sit in privilegiis habenda ratio. 413

T.

Tertii præjudicium privilegia irrita fa-
 cit. 115
 Theologi ex pulpitis de privilegiis ne dispu-
 tent. 249
 Testamentum militare an sit potentius a-
 liis, an verò facilius tollatur. 192. & seqq.
 Tonsura privilegiata. 163

V.

Venditio privilegiorum inhibita. 103
 Violationis privilegiorum incommoda. 252
 Unione provinciarum an privilegia tollan-
 tur.

Index materiatarum & rerum præcipuar.

<i>tur.</i>	377
<i>Voluntas morte an solvatur.</i>	364
<i>Ufu contrario extinguuntur privilegia.</i>	382

Z

<i>Z Iphrarum obscuritas legibus damnata.</i>	158
---	-----

E R R A T A.

P Ag. 3. lin. 14. JASKI. p. 5. l. 12. cogitata. p. 8. l. 8. vestris sub auspiciis. p. 11. l. 8. de amissione privilegiorum totali. p. 19. l. 10. c. gratia de rescript. in 6. p. 20. l. 15. tali exemplo. p. 21. l. 11. recognoscit. ibid. l. pen. exempto. donato. p. 22. l. 10. hanc. p. 23. l. 3. sed & quod vers. p. 24. l. ult. *dele* totam lineam. p. 25. l. 6. post hæret. *dele* comma. Ibid. l. 7. de bon. aut. Jud. possid. Ibid. l. 15. de reb. aut. Jud. p. 28. l. 13. Procuratorem. p. 32. l. 17. ne egeat. p. 33. l. ult. intelligitur. p. 34. *in margine* sint mixta. p. 35. l. 3. litem. p. 41. l. 17. *dele* in p. 49. l. 20. Affirmativum. p. 51. l. 2. provenit; Vel Ibid. l. 20. in se est favorabile. p. 56. l. 4. mandatum. Ibid. l. 18. quod cujuscunque univ. nomine. p. 60. l. 3. speciem. Ibid. l. 17. *dele* omnia. p. 62. l. 6. de reb. aut Jud. Ibid. l. 18. haut secus. p. 63. l. 22. Comes Plavensis. p. 67. l. 5. *dele*, anim. p. 77. l. 5. sciscitanti lepido p. 82. l. 6. vero. p. 83. l. 4. nati de feud. def. cont. sit. Ibid. l. 10. & 26. ff. de stat. hom. p. 86. l. 5. in c. univ. Ibid. l. 8. pertinent. p. 97. l. 15. quid. p. 100. l. 17. privilegium. p. 103. l. 11. majus omnino. p. 104. l. 4. actum esset cum Imperio. p. 115. l. 3. qui mil. p. 118. l. 7. ut vix. Ibid. l. 12. subveniri. p. 131. l. pen. reciditur? p. 133. l. 21. puniantur. p. 135. l. 18. tendunt. p. 139. l. 1. contra jus vel. p. 141. l. 10. *dele* quicquam. p. 146. l. 2. 3. non profunt. p. 160. l. 11. p. 163. p. 164. l. 15. speciali aliquo indulto. p. 173. l. 3. cum lepido. p. 170.

ERRATA.

p. 179. l. pen. ipsimet. p. 181. l. 10. stroschmeufeler. p.
 187. l. 11. & 12. valerudinariorum. p. 200. l. 22. neca-
 ri. p. 129. l. pen. mandatum. p. 221. l. 13. interea. p.
 224. l. 22. dominantibus. Ibid. l. 23. adservanda.
 p. 228. l. 11. consulere. p. 229. l. 12. perdendæ con di-
 tum est. p. 234. l. 21. ridetur. p. 235. l. 9. obumbretur.
 p. 238. l. 15. admittat. p. 239. *in margine*: viola-
 tionis objectio Principi vitanda. p. 240. l. pen. hinc
 wiederumb. Ibid. l. ult. von. p. 246. l. 23. teneretur.
 p. 259. l. 18. afficientia. p. 262. l. 20. resistere. p. 264.
 l. 20. Dithmarsensium. p. 265. *in margine, dele*, Wyuk
 koyalowicz. p. 275. l. 2. contulisset. p. 276. l. 16. de hâc
 p. 278. l. 7. eos oderint, ut quos. p. 284. l. 8. talem.
 p. 286. l. 16. Seync. p. 287. l. 18. fidem faciat. p. 306.
 l. 10. & mihi & descendentibus. p. 312. l. 1. denique.
 p. 322. l. pen. distinct. 22. p. 325. l. 19. privilegio.
 p. 344. l. 22. Magistratus. p. 350. l. 20. renunciari. p.
 358. l. 6. Magistratus. p. 360. l. 8. ex edicto. p. 361.
 l. 15. *dele*, non. p. 362. l. pen. sive voluntatem. p. 364.
 l. 15. precario. p. 366. l. 18. locati. p. 367. l. pen.
 Neque p. 371. l. 14. nec prius. p. 383. l. 3. quidem.
 p. 385. l. 12. per speciem. p. 405. l. 15. inerat. p.
 419. l. 19. Antonius. p. 421. l. 16. certa.

Reliqua, quæ fortè irrepserunt & oculi
 nostros fugerunt, benevolus Lector
 pro suo candore corriget.

FINIS.


BIBLIOTE: UNIV




BASEL

1113





Biblioteka Jagiellońska



stdr0013388

